adelbertus. pontificalē ei kathe
dram offert. qui cum eſſet regis
frater. ex rege natus. facile ipſm
ſub religione ptinere poſſet: nā
ſibi nō eſſe facultatē eiuſdē regē
de plebis. que rapinis et adul-
terijs aſſueta. ius faſq omne cō
tempneret Stratiquas munda
nas dignitates. quaſi malas pe
ſtes effugiendas eſſe reſpondit.
monaſteriū ſibi et preſentē vitā
ſuauē pſtare. et futurā pmitte-
re meliorem. in eo ſe viuere mo
riq velle. Scribunt auctores

Adalbertū his auditis ꝓpheti-
co ſpiritu plenū Stratiquati di
xiſſe. Poteras modo pontifica-
li honore cū ſalute defungi. At
quod nunc recuſas. in pernicē
tuam vehementer expetes. Abi
iſſe deinde Romā. ac cū fratre
ſuo beate vite Gaudētio in mo-
naſterio ſancti Alexij tā diu de-
lituiſſe: donec iuſſu pōtificis ma
ximi ſuas oues repetere iuſſus
eſt. Quibus cū eſſet prorſus in
gratus. in hungariā ꝓfectum.
regem Stephanum baptizaſſe.
quē inter ſanctos relatū aiunt.
Exinde poloniā ingreſſus gau-
dentium fratrē. in eccl'ia gnezen
ſi predicaturū euangeliū. ponti
ficem ordinaſſe. Poſtremo pru-
tenos adijſſe: apud quos dum
xpi legem p̄dicat. gladio ceſum.
martirio vitā finiſſe. Interea
Stratiquatē mutato ꝓpoſito.
pragenſem eccl'iam popoſciſſe.
nec repulſum. fraterno. regio-
qꝫ fauore adiutū. Sed dū apd
maguntinum archipreſulē agit
ſacris de more imbuendus. int
duos epiſcopos iacentem pro-
nū. dyabolico ſpiritu arreptū.
tamdiu vexatum. donec animā
exalauit: adeodato natione teu-
tonico. eccl'iam ꝯmiſſam.

De Boleſlao ſextodecimo bo-
hemorum duce. Cap. XVII.

b Oleſlaus duobus et tri
ginta annis imperiū po
titus. ex vita deceſſit: re
licto ſucceſſore filio ſui nominis
Boleſlao tertio. Huic Meſcho
polonorum princeps. Cracouiā
per fraudem eripuit. Bello de-
inde orto. vaſtatis agris. indu-
cie demū dicte: ſtatutumqꝫ vti
ambo duces apud Cracouiam
conuenirēt. Boleſlaus accepta
fide eo pergit. atqꝫ in conuiuio
captus. luminibus priuatur. co-
mites eiuſdem crudeliter neca-
ti. exceptis vriſbuicenſibus inſi-
diarum conſcijs. ſceleriſqꝫ parti
cipibus. Qui dum reuerſi: tāqꝫ
magno ex periculo euaſiſſent:
publicā fidem atqꝫ iuſiurādū
et iura hoſpicij a polono viola
ta q̄runtur. Ubi fides habita.
Ianurem Boleſlai fratrem. do-
lo necare conantur. Cocharē
inter vriſbuicenſes conſilio opi-
bus et auctoritate maior. adole
ſcentem ſub ſpecie venatiōis in
ſiluam tractum. ad ſtipitem ar-
boris alligatum. ſagittis confo-
di iuſiſſe. fama eſt. diuū Johan
nem baptiſtam. ab eo precibus
exoratum. hirſuto tegmine ſa-
gittas excepiſſe: vxoremqꝫ eiuſ-
dem per viſum cōmonuiſſe pe-
riclitanti viro opem ferret. In-
terea famulum principis Due-
ram nomine. ex periculo prola-
pſum. proditiones ipſo expoſu
iſſe. illū tanta nouitate cōmotū.

correptis mox armis in ſiluam procurriſſe: captiſq; proditorib⁹ atq; occiſis·ducem ſaluum ꝛ̄du xiſſ. In eo loco vbi hec acta ſūt monaſterium ordinis ſancti Benedicti·quod veliſcam appellat constructum: et aram maiorem ibi ſitam· vbi arbor religatū ianurem tenuit· Meſcho autē coacto exercitu·lōge lateq; bohemorum populat⁹ agros· pragā deniq; obſidione cinxit·eamq; biennio fame laborantem obtinuit: excepta arce viſſegradenſi que i fide ianurl māſit·

## De Udalrico· ſeptimodecimo bohemor duce·

Ca· XVIII·

Fuerat et alt Boleſlao frater Udalric⁹ nomine: quem pater hinrico impatori nutriendum dederat· Js audita Meſchonis pditōe: clam ab imperatore dimiſſus·caſtellum die nizum natura et arte munitum ingreditur·· Exin collecto rapti milite· colles occupat· qui prage ſupereminent: tubaſq; clangere iubet· Mox alta voce·preconem pragenſibus nūciare victos prelio polonos ·fugam cepiſſe: victorem principem cū exercitu adeē· Qua voce accepta polonorum preſidium quod vrbem tenebat · metu perculſum exceſſit: pragenſes aucti animo inſecuti·ꝯplures in fuga captos necauere· Meſcho cum paucis in poloniam ſe recepit· Udalricus pragam igreſſus germano ſuo·ſiue proditorib⁹ ſuggerētibus·ſiue qḋ etatis bñficio illum ſibi pferri verebat· effodi oculos iuſſit· Multa huius facinora referuntur: ptim reprehenſione ptim laude digna· Int̄ cetera et illud narrat·redeūtem ex venatōe· puellā vidiſſe in villa quadam·iuxta puteum veſtimenta lauātem nomīe Bozzenam· qḋ beatricē interptat·elegantē forma· ⁊ moribus ſupra q̄ par eſſet agreſti venuſtis·captum ſpecie ⁊ alloq̄o modeſto· q̄uis amici aduerſarentur·ꝯiugem accepiſſe: Bizetiſlaum ex ea natū. Js cum adoleuiſſet· Juthaz imperatoris octonis rufi filiā· que apud Ratiſponam in monaſterio nutriebatur· quamuis nunq̄ vidiſſet ſola fama cōmotus· vi rapuit: ſoluſq; cum illa ad patrem perrexit: comitibus velocitatem eius inſequi nequeuntibus· ab imperatore ex fuga retractis atq; occiſis· Non impbauit pater factum· ſed āmirat⁹ audatiā· tāti ſe filium genuiſſe gauiſ⁹·matrimoniū cū rapta in morauia celebrari mādauit: tanto pſtātiorē filiū eſtimans·q̄nto nobili⁹ ē·iperatoris q̄ villici filiam amaniſſe. Jmpator ea ꝯtumelia mot⁹ iureiurādo affirmat exercitū in bohemiā ductum terram malis affectum· ſibiq; ſedē

in medio regni collocaturum·
Statimqꝫ cum exercitu Bohe-
miã inſtar torrentis cuncta ſecũ
rapiẽtis·ingredit̃·Cõtra vdal-
ricus·filiuſqꝫ·caſtra mouẽt· Iã
duo exercit⁹·ad iactũ teli cõue-
nerant·Tũ Iutha cuius ex in-
iuria bellũ ortuz crinibus ſpar
ſis·ſciſſa vnguibus facie·victo
periculorum magnitudine mu-
liebri pauore·auſa telis ſeſe im-
ferre volantibus·inter primas
acies proſiliens·patris alloquuz
priuſqꝫ furor ardeat amplior·ex-
poſcit·Quo ĩpetrato·fateor in-
quit pater·iuſtuz te bellum mo
uiſſe·cuius filia rapta eſt:illũqꝫ
pena dignum·qui te cõtempſit·
niſi compuliſſet amor·cuius ce-
ca concilia ſepe veniam merue-
re·Sed age obſecro·pone ante
oculos quez armis inſequeris·
Gener tuus·mihi maritus·cui
tantope iraſceris:⁊ fortaſſe ne-
pos tuus·eius filius·in ventre
meo conceptus eſt Parce oro fi
lie·parce nepoti:patrem illi·mi
hi virum·dimitte Non eſt dege
ner maritus·nec ſolui conſum-
matum matrimonium Roma-
na eccleſia ſinit:nec tibi victorie
poteſtas ẽ·Vtriqꝫ vires·vtriqꝫ
belli artes ſuppetunt: mars du-
bius caſum reſpicit Ne obſecro
pater·mei cauſa tantam miliciã
morti obicito:parce·cui ego pri
or leſa·peperci Illacrimat⁹ pa-
ter·audita filia: facturumqꝫ ſe
quod illa vellet·niſi obſtaret iu
ramentum·Tum iutha·⁊ ma-
ritus inquit meus iureiurando
aſtrictus eſt·theutoniam armis
laceſſere Sed vana religio·que
ſceleri locũ facit·Cum crimini-
bus ſacramenta non addunt·
Expromiſſorem maleficij·diui-
na maieſtas odit:factorem ext-
minat·Inueni tamen ſi libet vi
am·qua te ſimul ꝓmiſſo·viroqꝫ
ſoluam·Veniet cum patre ge-
ner ad pedes tuos·veniam cõ-
miſſi petet:te regez·te dominuz
profitebitur·Neqꝫ impedimen-
to erit·quo minus ſedem in me
dio bohemie colloces:ibiqꝫ iuſ
dicas·Poſtremo curiã tuam in
theutonia petens·villas aliqs
quas iuſſeris inter equitanduz
maritus diripiet Placuit impe
ratori conſilium filie·atqꝫ in ei⁹
verba fedus ictuz·exercitus cõ-
ſalutati·⁊ in boleſlauia que vm
bilicum tenere bohemie credit̃·
ſedes imperatoris lapidea erec
ta:perpetuum rei monumentuz
principibus terre inſigne datuz
imperialis aquile·Exin Biſetiſ
laus morauiam ex paterno in-
dubio rexit·polonoſqꝫ·qui ma-
gnam eius partez occupauerãt
bello deleuit·eorũqꝫ multa mi-
lia ligatis poſt tergum manib⁹
in hungariam venundandos
miſit·

De Biſetiſlao decimooctauo·
bohemoꝝ duce· Ca·XIX

d Um hec agunt. Anno
post xp̄i ortū tricesimo.
ac milleſimo Boleſlauſ
apud Cracouiā excecatus. inte
rijt: Vdalricꝰ quoq̄ frater eius vita
functꝰ ē. Qua re cognita ianure
⁊ ipſe cecꝰ. pragā veniens. duca
tū gentis ſuopte ingenio. nepo
ti dimiſit. Biſetiſlaꝰ ea re animo
auctꝰ. quis multa iniuria laceſ
ſitus exercitū in hūgariā duxit:
magnāq; inde predam retulit.
Quinq; ei ex Iutha fuerunt fi-
lij. Spitingneus Vratiſlaꝰ Cō
radꝰ. Jaronurꝰ. ⁊ Otto. quo-
rum fiducia plenꝰ. etiā polonoſ
vlturꝰ auū. pulſare bello non ti
muit: cracouiāq; armis captaʒ
fundiꝰ euertit Gneſenium quoq̄
metropolitacaʒ vrbem diripuit.
multorūq; martyꝝ ſacratiſſima
inde corpa aſportauit: ⁊ crucem
aureā. ccc. penſantē libras. Qđ
cum imꝑator heinricus eiꝰ no-
minis ſecundꝰ. accepiſſet. indi-
gnatꝰ iuſſu ſuo poloniā vaſta-
tam eſſe: Biſetiſlaum aut reſar
tiri polonis damna. aut bellum
expectare iuſſit. Ille nihil ſe im-
peratori niſi tributuʒ debere re-
ſpondit a maiorıbꝰ inſtitutum.
Pendebat autē dux bohemie
Romano imꝑio quotannis. L
⁊. xx. boues. et argenti puri. cl.
marcas: id ſe neq; neglexiſſe ha
ctenꝰ. neq; neglecturū. Si quid
āplius iuſſerit imꝑator. a bono
⁊ eq̄ recedere: ſe libertati gentiſ
nihil detracturū. Imꝑator hijs
auditis. ex Ratiſpona in bohē
miā copias traducit: Othardo
ſaxonum duce ex altera pte cū
exercitu pperare iuſſo. Ingreſ-
ſus ſiluā qua bohemiā cingi di-
ximus. pciſis arborıbꝰ iter inter
ceptū repiens: milites viā ſecu-
ribus apire iubet. Magnꝰ h la
bor eq̄ti. Erāt eni vaſte magni-
tudinis arbores. multaq; rube
ta incidēda. priuſq; iter pateret
Ob quā rem. cum iam ope p-
acto ad interiora perueniſſent.
nec hoſtis in conſpectu vſq; da-
ret: feſſi ac ſitibundi proiectis ar
mis flumina petunt. Biſetiſlaꝰ
ex inſidijs prodiens. palantes
atq; inermes aggreſſus: ſtragē
haud prauā effecit. Imꝑator re
pentino cōmotꝰ malo. multis ſuo
rū deſiderātibꝰ. fuga ſalutē pe-
tit. Othardꝰ vo iā fines bohe-
mie ingreſſꝰ. ſeptētrionalē pui-
cie ptē lōge lateq; ꝑplatꝰ. hijs
cognitis. cū pda domū reuertit
Procopiꝰ comes Biclinienſiū
cū pte copiaꝝ aduerſꝰ eū miſſꝰ.
fortuna paꝝ pſpera vſus. tanq̄
pecunia corruptꝰ. effoſſis oculis
manibus pedibuſq; obtrūcatis.
in flumie bidine demerſus: nec
tn̄ eo pacto. q̄es bohemie data
Nā ſequēti anno heinricꝰ Im-
pator. ⁊ Othardꝰ. maiorıbꝰ col
lectis copijs redeūtes. tranſmiſ
ſa ſilua ferro ac flāma cūcta va-
ſtarūt: Biſetiſlaū armis diffidē

tē intra prage menia clauſum· obſederit Seuer⁹ tūc ep̄atuz vrbis gerebat· iureiurādo impatori obnoxius· ex cui⁹ indulto pontificali ſede p̄erat· Is noctu cū plurib⁹ ad heinricū cōfugit: obtinēdeq; vrbem viam oñdit· Quare fract⁹ aīo Biſetiſla⁹· errati veniā pecijt· dicte ſūt paci leges q̄s voluit imꝑator· ꝛ trium annoꝝ tributū penſū: Sleſia ſb ānuo tributo · auri triginta · argenti· cl· marcaꝝ· bohemie p̄ncipi tradita· Secūdo ꝛ q̄nquageſimo anno· p⁹ milleſimum a xp̄i ſaluatori aduentu· pace cuz imꝑatore ꝯpoſita· Hungariā ſibi ſubigere Biſetiſla⁹ aggredit̄ cuius ꝓplus ſuis vtens legibus Romanoꝝ imꝑiuz ꝯtemnebat Sz ingreſſ⁹ hoſtilē prouinciaz· mox ardenti febre corrept⁹· vltimū inſtare diē intelligēs· vocatis bohemie p̄moribus· Spitigneū p̄mogenitū· ſucceſſorē ſuuz deſignat· reliq̄s filios morauia int̄ eos diuiſa· pere fratri iubet atq; hijs demādatis· vita decedit· q̄rto kl̄n· maij· Corpus eiuſ pragā trāſlatū apd̄ parentes ſepultum·

De ſpitigneo decimonono bohemoꝝ duce· Cap· XX

SPitigne⁹ vt p̄mum regnū potit⁹· oēs theutonici generi boheīa excedere iubet: nec mr̄i ꝑtātez manēdi facit· Exinde morauiaz infeſtis petens armis · frēs bello aggredit̄· Vratiſla⁹ audito germani aduētu· relicta i Olomucio ꝯiuge · ad regē andream in hūgariam ꝯfugit· Cunrad⁹ et Otho fratri ſe dedūt· Uxor vratiſlai capta· aliq̄; diu in vinculiſ hita· Poſtremo ſuadēte Seuero ep̄o dimiſſa: dū virū in hūgaria petit· viciā ꝑtui in itinere decedit· Meſt⁹ ea re ꝯiunx· ab andrea rege ꝯſolatōēz accepit· q̄ filiā ſuā Adilbeidā nuptā ei tradit· Qd̄ cū ſpitigne⁹ accepiſſet· verit⁹ ne vires hūgaricas in ſe frater armaret· miſſa legatione ſine cā illū ex morauia abiſſe dicit: nihil hoſtile timendū fuiſſe· Nā cur frat̄ frēz odiret· ſcd̄o p⁹ ſe loco genitū Seruaſſe ſe abeūti bona· ñ abſtuliſſe: redire eum ad ſuos debere· cūcta ei ſalua eſſe· Nec fruſtrat⁹ ē frēm: redeūti q̄ armis abſtulerat· cuncta reſtituit· Iutha vo a filio deiecta· cū ſcd̄o nupſiſſz· breui mortua ē cuius corp⁹ in bohemiā trāſlatuz· in ſepulchris p̄ncipuz ꝯdidere·

De Vratiſlao viceſimo· bohemoꝝ duce· Ca· XXI

SPitigneo vita defūcto· vratiſla⁹ ſucceſſit· Qui morauia rurſ⁹ int̄ frēs diuiſa· laronurū quē p̄r ecclie dedicatū· exortem regni fecerat· in diaconū· vel inuitū ordiari iuſſit· Is relicto xp̄i hitu· ad polonie duces ꝯfugiēs· militarez diſcipliaz

lectatus eſt. Fuerunt Vratiſlao ex adilbeide tres liberi: Biſetiſlaus & due femine. Ludmilla. & Juditha. Verum Adilbeide mortua. vxorem alteram ex polonia duxit. nomine ſuatanaz. ex qua Boleſlaum. Borziwiſlau. Vladiſlaum. Sobieſlaumque ſuſcepit. Inter hec Seuerus eps. qui bohemiaz morauiamque ſacerdocio tenuerat. iohe in morauorum eccleſia ſibi ſubſtituto. iaz grauis ſenio ex vita decedit Ob quam rem Cunradus et Otho. Vratiſlaum precibus onerant: iaronuro fratri vt eccleſiam bohemie ab ipetatore impetret. Annuit Vratiſla⁹: neque imperator aduerſatus eſt. Jaromurus ex polonia reuocat⁹. relicta milicia. epiſcopus ordiatur: ac mutato nomine Gebardus appellatur. Qui mox ſpiritu ſuperbie inflatus morauiam non minus ſibi quam ſuo anteceſſori delataz dicit. illum exterum ſe ciuez: illum infimo loco natu ſe regio ſtirpe ortuz. Ingreſſus morauia. Johannez epiſcopuz qui cedere nollet. contumelijs & verberib⁹ afficit: Vratiſlaus. qui iohanne amaret. ea re ꝯmotus Romanu pontifice ꝯtumaciaz gebardi vti corripiat. ſcriptis hortat. Miſſus e in bohemia Rodolffus cardinal: qui ca cognita. delictu puniat. Is vocatu Gebardu. cu minime pet. ſacerdotio abdicauit. Sz rogatus a clero. dignitate ei reſtituit: iubes & ipſu. & iohez. intra annu. coraz ſummo ſacerdote ſe exhibere. Paruerut ambo. Sacerdos maximus abob⁹ auditis. Gebardum mouere ſacerdotio ſtatuit. feciſſetque. niſi preces interueniſſent. Mathildis vginis. filie bonifacij ducis lucani. que tu rome fuit: ex bohemorum ſanguie nata. Hec eſt illa mathildis. fama inclita. & apud hiſtoricos late memorabilis. que a Radicofano ſenenſis agri opido. vſque ceperanu. inter iacente terra donauit eccle: poſteri pr̄imoniuz beati petri appellarut. Hui⁹ ergo interuetu: Roman⁹ pſul vtrunque ſacerdotem ſua dioceſi ꝯtentu eſſe: ac remiſſis iniurijs. in patria reuti iuſſit

Vratiſlaus dux Magucie i rege creat. p Heinricu impatorez ꝯrtuz: Regnoque bohemie. polonia. Sleſia. Luſaciaz. Morauiamque. adicit. Ca. XXII.

Inter hec. Leopoldus auſtrie marchio. morauia latrocinijs magiſque iuſto bello infeſta reddit: nec conradi aut othonis qui tuc puincie pſidebat pces audit. Illi fraterna ſolacia expetut. Vratiſlaus collecto raptim exercitu auſtria ingreſſ⁹. inſtar horride tepeſtatis obuia queque pſternit. occurrente leopoldu plio victu. in fugaz

ↄuertit: ipſe onuſtus ſpolijs domũ reuertitur. Poſt hec anno Sexto ⁊ lxxx. ſupra mille. ab ortu ſaluatoris chriſti. apđ magũciã in concilio principum ab imperatore Henrico. eius nominis quarto. Vratiſlaus rex declaratur. morauorꝫ regno. qđ ſupra extinctũ diximus in bohemiã tranſlato: Polonia. Sleſia Luſacia. Morauia. bohemorũ imperio adiecte. Gilbertꝰ Treuerorꝫ Archiepũs cum eo pragam miſſus: qui coraꝫ ꝓuincialibus regẽ inũgat. regalibuſq; adornet inſignibus. Id eodem anno factum. acclamante p̄plo. Vratiſlao regi ſalus honor atq; victoria. Suatana quoq; regia cũ eo coronata. Mortuus ẽ per idem tempus Johannes morauorum Epũs: cuius eccleſia inſtante Gebardo Pragenſi vnita eſt. Que res illi maioris inſolencie fomentuꝫ fuit: adeo. vt p̄ſente rege intereſſe diuinis minime dignaretur. Ob quaꝫ cauſã Vratiſlaus. indulgente Allexãdro papa. iij. nationñ Señ. collegium canonicorꝫ regularium in arce Pragenſi erexit: in q̃ dum res agitur diuina. non prepoſitus tm̃. ſed decanꝰ. ⁊ ſacerdos. dyaconuſq;. ⁊ ſubdyaconꝰ. rem diuinam facientes. epiſcopalibus ornamentis vtuntur. Et prepoſitus quidem cancellarius regni appellatꝰ: ꝑncipis hore defungitur. In fundatione aũt eius eccleſie. regẽ ſuis humeris duodecim cophinos lapidum geſtaſſe ferunt. Religioſum principẽ. dignũq; q̃ primꝰ inter bohemos regio diademate vteretur. Gebardum vero indies magis atq; magis inſoleſcentẽ. ac propterea a morauorꝫ plebe repulſum. dum ꝑ hungariam ad romanũ pontificẽ queſtum iniurias ꝓficiſcitur apud ſtrigoniũ morbo correptũ interiſſe: coſmũq; illi ſuffectũ. Fuerũt Vratiſlao. ⁊ cũ ſaxonibus. ⁊ cũ germano q̃ morauiaꝫ obtinebat. inimicicie. Illos ꝑ filiũ vicit. germanũ ipſe ex morauia armis expulit: vrbemq; olomucenſem poſſidendã filio tradidit.

De Cunrado viceſimo primo. Bizetiſlao viceſimoſecundo. ac Boleſlao viceſimotertio. nec ñ Borziuiſlao. viceſimoquarto. bohemorꝫ ducibus. ca. xxij.

Vita functus Vratiſlaꝰ non filiũ ſicut optauerat. ſed Cunradum fratrem habuit ſucceſſorem. Qui ſeptimo mẽſe potitus imperio. morbo correptus. nepotibus ex fratribus locum fecit. Quinq; eos fuiſſe diximꝰ. qui ſibi inuicem pro natiuitatis ordine ſucceſſere. Duos ex his Vrbuicẽſes. perpetui regnꝫ hoſtes. fraudibꝰ interceptos necauere.

De vladiſlao · viceſimoquinto bohemoꝝ duce ⁊ rege ſecundo

Capitulū · XXIIII

PEnultim⁹ Wladiſlaus nomine · ex Biſetiſlao fratre nepotē ſui noīs · cum · ccc · galeatis equitib⁹ auxilio Heinrici ſexti romanoꝝ imperatoris romā miſit: qui plurimas inde reliquias ſanctoꝝ reportauit Inueni in hyſtoria bohemoꝝ poſt Wratiſlaum p̄mū regem · plurib⁹ annis intregnū fuiſſe · Nam Conradū fratrem eius · ac deinde Wratiſlai filios non regis nomine · ſed duc̄ tm̄ vſos: tāq̄ regni decus · homini non puīcie datū fuiſſet · Wladiſlaum vero quarto loco Wratiſlao natū · a Friderico primo · ſibi ⁊ poſteris regiam dignitatem obtinuiſſe · ⁊ cum in expugnatione mediolaneñ · egregiā opam nauaſſ3 · impatori mirifice gratū · leonē rubeum biſurcate caude · in clipeo albi coloris inſigne regiū accepiſſe: cādelabꝝ quoq3 ſalomōis ex mediolano aſportatū · in eccl'ia ſancti Uiti pragen̄ recondiſſe · Pontē ſup multauiā · q̄ vet⁹ praga minori iūgeret magni opis edificaſſe: quā Ratiſponen̄ p̄ferunt: in q̄tuor ⁊ viginti arc⁹ · vt antea dixim⁹ p̄tenſū ·

De Sobieſlao viceſimoſexto · ⁊ Friderico viceſimoſeptimo nec nō Cunrado · viceſimooctauo Ac Bizetiſlao · viceſimonono · Atq3 Wenceſlao · triceſimo · bohemoꝝ ducib⁹ · Cap · XXV

POſt eum · Sobieſlaum quinq̄ annis ducatu functū · a puincialibus exactū in exilio · interiiſſe · Exin Fridericū Wladiſlai filiū ſucceſſiſſe · Poſt · Cunradū q̄ apō apulos in ytaliā ſecutus impatorē · deceſſit Cunradum Biſetiſlaus ſequit̄: qui ⁊ Heinricus dictus eſt · Et cū eſſet pragenſis ep̄us: quindecim annis pontificatū ſil' ⁊ p̄ncipatū bohemie tenuit · Poſt eū · ducatū obtinuit · Wenceſla⁹ frater ei⁹ · Hos q̄3 regis noīe abſtinuiſſe cōſtat · ſiue q2 magis vi q̄ iure impauerūt: ſiue q2 indultū impatoris Romani ſumēde corone · more maioꝝ obtinere n̄ valuert̄ ·

De p̄miſlao triceſimoprimo bohemoꝝ duce · ⁊ Rege tertio ·

Capitulū · XXVI

WEnceſlaū trib⁹ menſib⁹ ducali aucte functum · Primiſla⁹ Wladiſlai ſecūdi reg filius · armis deiecit: ⁊ a Philippo Romanoꝝ impatore Friderici ſcdi fratre · quē rōna eccl'ia n̄ accepit · tertio loco int̄ Bohemos reges coronat⁹ ē ·

De vēceſlao bohemoꝝ rege · q̄rto · Et de Othokaro bohemoꝝ rege q̄nto · C · XXVII

PRimiſlao duo fuert̄ filij: Wenceſla⁹ ⁊ Otho-

karus·Wenceſlao regnum Bo
hemie ceſſit: Othokaro Mar-
chionatꝰ morauie· Fuit āt Wen
ceſlaꝰ vnioculꝰ· ⁊ ſine liberꝫ de-
cedēs: regnū Othokaro reliqͭ·
q̄ ⁊ alio noīe Prumiſlaꝰ appella
tus ē· int̄ bohemie reges q̄ntus
belli appetens· ⁊ magnoꝝ opm̄
effector: cui nec animꝰ i rebꝰ ar-
duis nec ꝯſiliū defuit· Impium
qd̄ a frē ſuſceperat· ex mari Bal
theo· qd̄ falſo pleriq̄ȝ occeanuȝ
putauere· ē em̄ mediterraneꝰ ſi-
nus· vſq̄ȝ ad danubiū ꝓtenſuȝ·
ad internum· nr̄mq̄ȝ mare· qd̄ a
driaticū dicimꝰ· extēdit· Nā cū
obiiſſȝ Fredericꝰ dux Auſtrie· ſi
ne liberis· ſoror eius Margarita
hereditatem accepit· Nupſerat
hec olī Heinrico impatori· Fri-
derici ſcdi filio: eoq̄ȝ ſiue ſobole
vita fūcto· in patriam redierat·
Eādē iā anꝰ Othokarū ſibi vi-
rū aſciuit· q̄ nō tā ꝯiugis etatē·
q̄ȝ dotē aīo voluens· ſterile mrī-
moniū ꝯxit: ⁊ p̄ncipatū nobilē
ꝯſecutꝰ· more hūano· q̄ȝto poſſe
dit· tāto maiora ꝯcupiuit· Vlri
cus eo tp̄e carinthioꝝ p̄ncipatū
tenebat· Qui cū virili ſobole ca
ret· accepta ex Othokaro pecu-
nia· carinthiā illi· carniolā· mar
chiā ſclauonicam· ⁊ portū naō-
nis· tradidit· Veronēſes· exīde
feltrenſes· taruiſini: ⁊ mlti ex fo
ro Julij· vltro ſeſe ei ſubmiſerunt
Bellum hungaris indixit· cōmiſ
ſoq̄ȝ ꝓlio· victor ingentē p̄dā re-
portauit: ſtiriāq̄ȝ ꝓuinciā illꝰ ad
emit· In pruſſia quam veteres
Vlmrigiā vocauere· ſupatis tar-
taris vrbē ꝯdidit· quā cuniſꝑgiū
·i· montē regiū· vocāt· Sȝ q̄ȝ au
cta eiꝰ potētia ē· tm̄ ec̄ inſolētia
creuit· Qui viuēte legittima vx
ore· ⁊ q̄ ſibi tm̄ impiū adiecerat
alterā ſupduxit: cunigūdā Re-
gis maſchoꝛie filiā· Vocatꝰ p p̄n
cipes electores ad impiū· ꝯtem
ſit: palā int̄ ſuos iactitās· pluris
bohemie regē· quē romanū im-
patorē eē· Rodolffꝰ itaq̄ȝ habſ-
burgi comes· q̄ mgr̄ Curie Ot-
thokari fuiſſȝ· n̄ mīꝰ belli q̄ȝ do-
mi darꝰ· xp̄iane reipublice p̄fe-
ctꝰ ē· miſſis ad Othokarū lega-
tū· auſtriam· ⁊ carinthiam· cete-
raſq̄ȝ vicinas italie ꝓuicias tāq̄ȝ
iuris ipīj repetijt· q̄n nec auſtria
mlīebre feodū eſſȝ: nec carīthiā
iniuſſu ceſaris· Vlricꝰ venūdare
potuiſſȝ· Renuit Othokarꝰ: et
impatori· q̄ aliq̄n ſibi ſuiuiſſȝ ·i
paccato r̄ndit aīo· Sȝ interuenie
tibꝰ amicis· ea lege recōciliati ſūt
vt auſtria īpatori cederet· Exin
datis acceptiſq̄ȝ filiabꝰ· affinitas
vtriq̄ȝ iūgeret: ꝓuicie d̄ qbꝰ lis
eſſȝ· dotales fierēt· Adeptus au
ſtriā Rudolfꝰ· othokaꝝ in x̄ba
ſua iurare· more maioꝝ expoſcit
Jd ſupbo regi grauiꝰ viſū: tāq̄ȝ
ex dn̄o fuꝰ fieret· Exoriunt̄ no-
ue lites: bellum indicitur· Cūq̄ȝ
iam duo exercitus ad mille paſ-
ſus alt̄ alteri ꝓximꝰ ꝯueniſſent·

veritꝰ Othokarꝰ Rodolffi potentiā· iniuſtamqꝫ belli cauſam animo voluens· legatos mittit q̇ ſe iuraturꝝ dicant· ſi modo intra tentorium imꝑiale honoris ſui cauſa fieri Rodolffus velit· Accipit conditionem imꝑator: potius q̄ꝫ belli fortunā experiat᷑ Suggeſtuz in tentorio ſublime parat᷑: ibiqꝫ aureum ſoliuz eminentiori loco erigit᷑· Rodolffꝰ· diademate ⁊ imꝑialibꝰ inſignibus ꝯſpicuus· ꝯſidentibus electoribꝰ imperij· ceteris baronibus circumſtantibꝰ· aduenientem regem ſedens expectat· Ille cum paucis regni ſui optimatibus ingreſſus· ꝯſcenſo ſuggeſto· ad pedes imꝑatoris genua flectit: ꝑinde ex veteri ꝯſuetudine· admotis ſacroſanctis iureiurando ſe adegit· Interea tentorium arte ꝯpoſituz· a ſummo vſqꝫ deorſum· in q̄ttuor proſciſſuz partes· decidit: regemqꝫ· vt erat in alto loco ad imperatoris genua ſupplex· videndum exercitibus prebuit· Stabant circū armate acies· rei exitum ſpectātes· ſed q̄ꝫ leti theutones glorioſum imꝑatorem ſuuz videntes· tam̄ indignabundi bohemi· qđ rex corꝝ humiliari magis q̄ꝫ ꝑlium expiri voluiſſet· Stupefactꝰ ea re Othokarus· quāuis dolo magis q̄ꝫ caſu cecidiſſe tentorium ignoraret· ſubticendum tamē in preſentiā cenſuit: petitaqꝫ ab imꝑatore venia· plenꝰ irarū domum redijt Quem· tam etſi ſua ſponte ſatis fureret: magis tñ ac magis vxor incendit Que ꝯgnito rex ſucceſſu· aduenientem regez hiſce verbis allocuta fertur· Hec cine nob̄ ſpolia· hāc belli adoriam domū refers? Dediti omnes hodie tua opa· veluti mancipia· veluti pecudes ſumus· Regina prouinciaꝝ bohemia· tributaria facta· Cū te oli ſupaſſe ꝓlio tartaros· exuiſſe caſtris hūgaros· ſtiriaz armis adeptum eſſe· ytaliam cum exercitu penetraſſe· audiuerā· felicem me que tali nupſiſſez viro· p̄rez qui me regi magnanimo tradidiſſet· ſapientē exiſtimabā: neqꝫ reginā eſſe vllam orbe toto· cui me cedere oporteret· Nunc falſa omnia experior· Nā que mulier me infelicior· quis te viroꝝ oīm ignauior? Auſtriam ꝓuinciaꝝ nobiliſſimā· tot vrbibꝰ· tot proceribus inſignē· nulla neceſſitate coactus· ex manibus tradidiſti· ſtiriaz· charinthiaz· ⁊ q̄s poſſidebas in ytalia ciuitates· turpi metu reliquiſti: cum comite habſburgenſi infimi generis affinitatez ꝯtraxiſti· Poſtremo ei qui ſatelles tuus quondā fuerat· iureiurando exhibito· te ſb̄miſiſti: ⁊ ſeruus ſerui factus· tu ſimul ac maioꝝ tuoꝝ gloriaz offuſcaſti· En viruz qui magnitudine animi rennuiſſe imperium

videri vult. Laudarem: ſi te illi
non ſubieciſſes. Age. ſi tibi ani-
mus virilis deeſt. neqꝫ gladios
intueri potes. ſine me regē eſſe
experiar profecto. bohemis an
teutonibus. imperiū debeatur.
Sūt poloni ſunt ſaxones ac frā
cones. qui nr̄a ſigna ſequūtur.
ſunt ſleſite morauiqꝫ. ꝛ dubimur
belli temptare fortunā? Utinaꝫ
aut tibi meus anim⁹ fuerit. aut
mihi obedientia quā te habere
animaduerto. ſentiret profecto
Rodolffus. neqꝫ vires adūſus
dn̄os valere. neqꝫ dolos. Otho
karus qui vxoris caritate tene-
ret. eamqꝫ verū locutā animad
uerteret. ſimulqꝫ animi magni-
tudine irrogatā contumeliā fer
re nō poſſet. acceſſitis regni pri
morib⁹. collectiſqꝫ nouis copijs
Rodolffo q̄ dolo ſecū egiſſꝫ bel
lū idicit. neqꝫ ille certamē detrec
tat. Conueniūt ambo cū exerci
tibus. in campis auſtrie trāſ da
nubiū. cōmiſſum eſt attrox pre-
lium. diuqꝫ marte dubio depug
natū. cū bohemi multitudie ac
robore. ſueui q̄bus Rodolffus
maxime fidebat. ordine ac arte
ſupiores eſſent. Cecidere qꝫ plu
rimi ex vtraqꝫ parte. maior ta-
mē ſtrages bohemorum edita.
Ad extremū. relict⁹ a ſuis otho
karus. dū fortiter pugnat. inter
cōſertiſſimas hoſtiū acies occi-
ditur. Ferunt ſtirieſes duos do-
mi nobiles. quoꝝ frat̄ ab otho-
karo p̄ iniuriā extinctus fuiſſet
eū toto prelio queſitū. cū certis
indicijs ꝯgnouiſſent. in vltionē
fraterne cedis obtruncauiſſe.
Corpus eius ꝑmittente Rodol
pho in bohemiam tranſlatū re-
gio honore ſepultū. Preliū ipſa
die btī Ruffi ꝑactū. anno ab in
carnatiōe xbi. viij. ꝛ. lxx. p⁹ du
centos ꝛ mille. A populatione
bohemie imparatorē abſtinuiſ-
ſe. que genero deberetur.

## De ſancto Venceſlao bohemorū rege ſexto. Cap. XXVIII.

VEnceſlaū othokari filiū
vij. ānos natū. ab otho
ne marchione Brāde
burgenſi. in franconiā abductū
regnūqꝫ tutorio nomie ab eo. v.
annis gubernatū. reuerſum pu
erū ſub imperio matri fuiſſe. Il
lam zauiſiū quendā ex baroni
bus. potentē. amaſſe: cui⁹ nup-
tias adeptā. multas regni opes
ad eū cōtuliſſe. Sed ipſa breui
morbo extincta. zauiſiuꝫ captū.
neciqꝫ traditū: regnū deinde ex
venceſlai arbitrio ordinatum.
Quo regnante. eo ipſo anno q̄
tholomaida a ſaracenis occu-
pata. in hāc vſqꝫ diē tenet̄. pra-
gā ferme vniūſam igne familia-
ri exuſtā. liberalitate regis. ciui-
umqꝫ diligētia atqꝫ impēſa. ita
inſtauratā: vt felix incendiū fu-
iſſe videretur Rodolffo albert⁹
filius ſucceſſerat impator. Huic
nō minores inimicicie cū Ven-

ceſlao· q₃ inter parẽtes eoꝝ fue-
re· Has Jutha venceſlai cõiunx
atq₃ Alberti ſoror· mulier viro
cautior magno labore diremit·
Cariſſimus apud venceſlaũ· al
lexius quidã· põtiſico iure con-
ſultus· habitus eſt· Qui multa
de Romanoꝝ nobilitate cũ co
locutus· vſq₃ adeo animũ regis
illexit: vt Juthã filiã· ad modũ
paruulã· in clara vrſinoꝝ fami-
lia gentili cuidam matrimonio
ſpopõderit· Hinc ſecuta int᷑ vrſi
nos ⁊ bohemie reges amicicia:
que apud matheũ eiuſdẽ fami-
lie cardinalem plurimi fuit· Js
eñ rogat⁹ a venceſlao· getium
vrbeuetanũ vtroq₃ iure conſul-
tũ in bohemiã miſit: quo regnũ
ſub leges reduceret· Sed impe
diuere p̃ncipes· q̃bus incerta eẽ
oĩa· lucrũ eſt· Huius venceſlai
ſoror· noĩe Agnes· Rudolpho
nupſit· impatoris Rudolphi fi-
lio: qui prage moriẽs ibi defun-
ctus iacet· Ex ea natus eſt Jo-
hãnes· q̃ albertũ ceſarẽ circa flu
men rhenũ nõ longe ab opido
Schaffhauſen dũ ſimul amice
iter agerẽt ſua manu interfecit·
Deinde penitẽtia duct⁹· clemen
tẽ quintũ pontificẽ maximũ· q̃
ſibi purgationẽ idulgeret· apd
auinionẽ adijt· Pontifex impa
toris occiſionẽ ab impatore iu-
dicandã ait· Venit igit᷑ piſas io
hannes· vbi cũ ceſar heinricus
ſeptim⁹ ei⁹ noĩs impator cõſide
bat: a quo iuſſus religionẽ igre
di heremitaꝝ ſancti auguſtini·
in eaq₃ ꝑpetuo penitere· nõ re-
cuſauit· Mortu⁹ eſt tandẽ in ea
dẽ vrbe: ⁊ in ede ſui ordis ſepul
tus· Tumulũ eius nos eo ãno
vidimus: quo iuſſi ab impato-
re friderico tertio ſponſam eius
leonorã· ex portugalia venientẽ
ſororis tue filiã· cũ alijs collegis
ducturi ſenas accepimus· Ma-
ter eius Johãn̄es cordata muli
er fuit: et ingenio feroci· Que
cũ accepiſſet germanũ ſuũ ꝯten
tũ regno bohemie· delatũ impe
riũ recuſaſſe: At ego inq̃t ſi rerũ
potiar· glebaq₃ vna mihi modo
deſit: aut qd̃ reliquũ eſt ſubiciã
aut impio excedã· Ferũt in co-
ronatõe venceſlai· min⁹ nouem
ducẽta equitũ milia· apd̃ pragã
ex regia curia cibos accepiſſe: p̃
ditũ vo infinitã multitudinem
paſtã· Subiecĩſſe ⁊ polonos ſi-
bi venceſlaũ: a q̃bus inuitatus:
in ciuitate gneſno diadema ſu-
ſceperit· Filiũ q₃ ſui noĩs· xiij·
annos natũ· petentibus vngaris
regẽ dediſſe· Sed cũ bonifaci⁹
pontifex maxim⁹· Carolũ ado-
leſcentẽ· Caroli regis ſicilie filiũ
eo miſiſſet· ⁊ vngarorum animi
mutarent᷑: filiũ ſuũ albe corona
tũ· ⁊ ſacrã ſimul coronã· ad ſe
recepiſſe· Nec diu poſtea· tertio
⁊ triceſimo etatis ſue anno· ex
thabe obijſſe· Mortem eius bo
hemos magno merore ꝓſecu-
tos· Fuerat eñ manſuetus ⁊ cle
mentiſſimus p̃nceps· et ãmiran

dus opinione ſanctitatis: que poſtea vel miraculis cõfirmata tradit Johãni Brixioneñ epõ ſi vera eſt fama ꝑ quietem apparens. cũ eũ flentẽ triſtẽq; reſpexiſſet. interrogauit. que nã eſſet cauſa meſticie. Dicenti ſe mortẽ eius equo animo ferre nõ poſſe incredulitatẽ exꝓbrauit: qui ſacris eloquijs fidẽ nõ adhiberet in q̃bus hec verba potuiſſet aliqñ legiſſe. Cum te conſumptũ putaueris orieris vt lucifer: et habebis fiduciã ꝓpoſita tibi ſpe. et defoſſus ſecurꝰ dormies. Requieſces. nec erit q̃ te exterreat: τ deprecabunt faciem tuã plurimi. ſubiungenſq; paruã eſſe eiꝰ fidem. atq; inanem. ſi mortem ſanctorum miſeram putaret: repente diſparuit. Epũs excitatꝰ verba quidẽ ſibi dicta memoriter tenuit: ſed vbi naz ſcripta eſſent in ſacro codice penitus ignorauit. Euoluto autẽ concordantiarũ libro. xj. apud Job capitulo. quod querebat inuenit. Ad tumulũ autẽ eius. inſignis latro cum acceſſiſſet: exprobrãs mortuo vitã. lapidee ſtatue ſup ſepulchrum iacenti. colaphũ incuſſit: nec mora cecitate percullſus impietatis ſue penaz dedit. Statua poſtmoduz in ſacrario erecta eſt: τ alia enea loco eius repoſita. Johannis barbantini egregij ſtatuarij nobile opꝰ.

De Wenceſlao bohemoꝝ rege ſeptimo. Cap. XXIX.

Wenceſlao filius eius ſucceſſit. quãuis eodẽ nomine. moribus tamẽ lõge diſpar. Qui cum ebrietati. τ turpiſſime parti corporis dies nocteſq; indulgeret. τ alioꝝ bona diriperet. alioꝝ vxoribus illuderet: apud olomutiũ morauie ciuitatẽ. dũ ſolus in domo decani pontificalis edis ꝑambularet. tribus vulneribus confoſſus. duo de viginti natus annos interijt. Ignoratus eſt necis auctor. q̃uis Cunradus eques. thuringus. cruentũ geſtans pugionem. exire regiam viſus fuerit. Nam is prius obtruncatus eſt populari tumultu: q̃ crimen confiteretur.

De Rudulpho bohemoꝝ rege octauo. Cap. XXX.

Venerat forte eo tẽpe pragã. dux carinthie Heinricꝰ: cui altera ex ſororibꝰ regis noie anna. natu maior. iã pridẽ nupſerat. Hũc bohemi regẽ ſibi delegũt. Id egere fert albertꝰ imperator. Qui repẽte coactis copijs bohemiã igreſſus. heinricũ regno deturbat. Rodulphũq; filiũ ſuũ regẽ ꝯſtituit elizabeth ſenioris wẽceſlai relicta i mr̃imoniũ ei tradita. q̃ regnũ eiꝰ ſolidiꝰ eſſet. Qui cũ magna bohemoꝝ ſpe regnare cepiſſet: ſubitaneo morbo correptꝰ. ꝑmo regni ſui anno. abſq; liberis deceſſit.

De heinrico bohemorū rege nono. Capitulū. XXXI.

Post obitū Rudolfi dissidētes inter se bohemi alij fridericū Rudolfi frēm alij heinricū quē deiecerāt petierūt. Vicit heinrici factio: trucidatis alterius partis auctorib⁹. Et quāuis albert⁹ imperator cū magnis copijs bohemiā ingressus regionē lōge lateq; afflixerit heinricū tñ regno dicere nō potuit. p̄us a nepote vt ante diximus occisus. q̄ meditata in bohemis exequeret. Successit alberto heinric⁹ septimus de quo paulo ante mentionē fecim⁹. comes Lutzelburgēsis. cōsilio et animo iuxta potēs. Hic elizabeth alterā venceslai sororē. octo z decē annos natā. clā iussam ad se venire. apud Spirā gallie ciuitatē Johāni filio suo q̄tuor annis minori. matrimonio ꝯiūxit. Eodē q; tpe. trib⁹ ꝑpatis exercitibus. vnū ipse in italiā duxit adūsus brixinēses. q̄s armis victos. impata facere ꝯpulit: lombardosq; oēs in potestatē accepit. Alterū adūsus comites wirtenbergēses direxit. sacro imperio rebelles: q̄bus. ex octoginta castellis. z munitissimis oppidis q̄ obtinebāt. duo z septuaginta armis expugnata ademit. Tertium ex franconib⁹ ac baioarijs cōparatū. duce petro archiepō magūtino. cū filio in bohemiā misit. Hic est ille heinricus. q̄ rome coronatus. renitente ruberto rege neapolitano. florentiā obsidiōe artissima cinxit: pisas. Senasq; in potestate habuit: et apud bohemicum conuentū in agro seneñ. hostili fraude veneno extinctus fertur. Cuius corpus in vetustin ac nobili templo pisarū. sublimi loco post aram amici condiderūt. Pugnatū est in bohemia plurib⁹ locis: cum alij bohemorū Johannē regnare cuperent: alij heinrico studerēt. qui iam cū trib⁹ imperatorū filijs de regni possessione cōtendisset. Obsessa est deniq; praga regni caput. diuq; oppugnata: cū heinricus z marchio misnensis haut pigre menia tuerentur Ad extremū tñ oppidanorū ꝓditione Johāni tradita. hostis in arcē sese recepit: nec m̄ltis post dieb⁹ heinricus in carinthiā ꝓfugit. Ex eo tpe. vsq; ad impatorē Sigismundū. bohemia in potestate lutzelburgēsiū. ferme centū viginti sex annis fuit.

De Johanne Bohemorū rege decimo. Cap. XXXII.

Iohānes potēti manu regnum gubernauit: et patre in italia agēte apud germanos vicario noīe administrauit imperiū. Patre vero defuncto: cū plurime italie ciuitates ei sese dedissent. penetrauit alpes cū exercitu: easq; non

non pauc s annis tutat⁹ eſt· Dũ
fridericus auſtrie· et luduicus
baiouarie ꝑnceps· d̄ Romano
imperio inter ſe cõtendunt· Fu
erũt ei et cũ cõiuge graues diſ-
ſenſiones: baronibus regni re-
ginã a rege ſubtrahentibus· tã-
ꝙ bohemorum inimico· qui teu
thones in ꝑmis haberet accep-
tos· Uentũ eſt ad arma: affectũ
magis calamitatib⁹ regnũ· Uix
tandez cõpoſite lites· Poſt hec
egra a iohãne recepta eſt: vratiſ
lauienſiũ ciuitas quã dux Sle-
ſie occuparat heinric⁹· legniciũ
ꝗ̊z· et ꝙ plures alie Sleſie ciui-
tates iohãni ſubijciunt· Gerit
et aduerſus auſtriales bellũ: in
quo victor iohannes ſuos mili
tes preda nõ modica ditat· Cũ
regnũ polonie quiete obtinere
nõ poſſet: caſimiro acceptis vigi
ti milibus marcarũ argenti· rur
ſum cedit· Cracouiã tñ obſidio
ne cingit: ſed deficientibus com
meatib⁹ abire cõpellit· Cecus
effectus a rege francoꝝ adũſus
anglicos in auxiliũ accerſitus·
cũ lectiſſima equitũ manu con-
ſanguineo ſolatiũ tulit: prelioqꝫ
memorabili et cruẽtiſſimo ſe im
miſcuit· in quo cũ multis mili-
bus ceſus interijt: cũ regnaſſet
quinqꝫ ⁊ triginta annis· Bellũ
in celebritate Sancti Ruffi ge-
ſtum· Hinc ea dies apud bohe-
mos atra atqꝫ innominabilis ha
bita: que duos reges hoſtili gla
dio abſtuliſſet·

De Karolo bohemoꝝ rege vn
decimo· Qui et poſtea Roma-
noꝝ imperator factus· karolus
ꝗrtus dictus eſt· Ca· XXXIII·

VNũ et triginta annos
agebat Karolus tũ fili
us eius· ex elizabeth cõ
iuge natus· Js viuente patre·
apud tartaros feliciter dimica-
uit: ciuitates lombardie a patrẽ
acceptas· armis tutat⁹ eſt· Pu-
gnauit adoleſcens cũ veronen-
ſibus: eos ꝓlio fudit· Jn ea pu-
gna bis equo deiectus· nõ dubi
tauit tertiũ ꝯſcendere: facinora
qꝫ fortiſſimi militis edere· Ferũt
euz iuueniliter laſciuientẽ· cum
parme ageret alienos thoros
nõ paucos polluiſſe: neqꝫ incre
patũ a patre abſtinuiſſe· Fuiſſe
ꝑ idem tpus dalphino francie·
cũ principe ſabaudie bellũ: cui
cum rogatus Johãnes auxiliũ
ferre ſtatuiſſet: nocte que decre-
tũ iter ꝓceſſit· viſum eſt in ſomp-
nis karolo· iuuenẽ forma cõſpi
cuũ· militari manu raptũ· emi-
nẽtiqꝫ loco vnde videri ab om-
nibus poſſet veſtimẽtis exutũ·
moxqꝫ virilia ei exiecta· Karo-
lo ex primo adoleſcenteq· ſpeci
em ſupra humanam venerabi-
lis aſtabat· eaqꝫ ſic geri manda
uerat· quiſnam hic iuuenis eſſet
tam crudeliť acceptus· et cur eo
ſupplicio afficeret interroganti
reſponſum datum· dalphinum

eſſe regis francie primogenitū·
qui talibus modis acciperetur
ſic plectendos eſſe q̄ aliena ma-
trimonia violarent· Experrectū
karolū ſummo mane patri ſom
pniū recitaſſe: rogaſſeq̧ ne fru-
ſtra exercitum fatigaret: dalphi
nū eñ non egre auxilio· quem
interemptum eſſe non dubita-
ret· Cōtempſiſſe patrem verba
filij· ſompnijſq̧ nihil ineſſe pō-
derl reſpondiſſe: duorūq̧ dierū
itinere cum exercitu profectum·
certum accepiſſe nunciū· dalphi
nū· in obſidione cuiuſdā caſtel-
li· ſagitta ī incertū miſſa · cōfoſ-
ſo inguine expiraſſe: copias ei-
us diſſipatas eſſe· Karolum in
villa terencij parmēſ agri· quo
in loco viſum viderat· in hono-
re beate virginis marie collegi-
atam eccleſiam erexiſſe· magni-
ficeq̧ dotaſſe: que adhuc extat·
Patronus eius eſt precentor ec
cleſie pragenſis: quēadmodum
eiuſdē karoli littere atteſtantur
quas nos vidimus· legimuſq̧·
Nomen huic karolo in baptiſ-
mo venceſlaus fuit· quod in cō
firmatione a karolo francoꝝ re
ge mutatū eſt: apud quem pue
ricie rudimenta pegit· Fuit aūt
hic karolus vir magnoꝝ operū
qui regnū bohemie· tum religi-
onis cultu· tū legum ac bonoꝝ
moꝝ diſciplina illuſtrauit· Naz
ſcola liberaliū arcium· ab eo in
praga erecta eſt · noua ciuitas

menib⁹ cincta: palacium regiū
magnificentiſſime exedificatum
monaſteria multa fundata· ar-
ces cōſtructe admirabiles : pax
toti regno dedita · Adept⁹ im-
periū· rurſus italiam ingreſſus
longobardos in poteſtatem ac
cepit: gibellinos qui iam pridē
florētia exulauerāt· eiectis guel
fis· in ſuū locum reſtituit: reliqs
ethrurie partibus pro ſuo arbi-
trio leges dedit· Coronatus ro
me magnifico apparatu· noua-
tores rerum qui aduerſus eccle
ſiam ſentiebant· romano ponti
fici iudicandos tradidit· Johā
ni fratri ſuo morauiam poſſidē
dam conceſſit: viſſegradum no-
uis muris ac ꝓpugnaculis cō
muniuit· corpus ſancti viti pra-
gam detulit· Pontem multauie
qui ex vndationibus corruerat
in praga reſtaurat: eccleſiaz pra
genſem ad metropoliticum de
cus erexit· cum antea maganti-
no pontifici ſubiecta eſſet· Cla-
rus ꝑfecto imperator: niſi bohe
mici regni magis· q̄ romani im
perij q̄ſiuiſſet· Illud quoq̧ no-
mini ſuo non paruā miſit macu
lā· q̄ venceſlaū ex filijs ſuis na-
tu maiorem· in imperio ſibi ſuc-
ceſſorez adhuc viuens ordina-
re conatus eſt: idquā pecunia·
Nam cum principes electores·
haut facile ad eā rem trahi poſ-
ſent· quod virtute obtinere non
potuit precio comparauit: pro-

miſſis aucis electori centū mili-
bus aureis· Quos cū repreſen-
tare non poſſet: publica illis ro-
mane reipublice vectigalia obli
gauit· Perpetuū imperij malū
hinc romana poteſtas ad nichi
lum redacta: nec poſt hac extol
lere caput imperiū potuit· cum
principes electores omnia ſibi
retinerent: imperatoremqꝫ iureiu
rando adigerent· ne pignora re
uocaret· Sigiſmundus alter ka
roli filius· a rege vngarie ludu
uico in ſpem regni adoptatus
eſt· Ibiqꝫ tandē coronam adep
tus· pugnauit feliciť cōtra thur
cos: duos et triginta thurcoꝝ
regulos ſecuri ꝑcuſſit· Tumul
tu populari captus· ac vidue cu
ius virum occiderat in cuſtodi
am traditus· beneficio lingue li
bertatē adeptus: regnuꝫ armis
recuperauit· In quo fortunam
vtramqꝫ expertus· inter viros cla
ros enituit·

De Wenceſlao bohemoꝝ rege duodecimo· Qui et rex romāorum extitit· Cap· XXXIIII·

Wenceſlaus etatis ſue an
no ſcđo· ꝑmittente pa
tre· regni bohemici ſce
ptruꝫ aſſecutus: exin· xv· agens
annū· cum coniuge ſua Johan
na· apud belgas ciuitate aquē
ſi· romani regni coronam acce
pit· Quarto deinde anno· peſtis
ſeuiſſima bohemiam populata
eſt· In praga vero quatuor mē-
ſibus in vna tm̄ ſancti ſtephani
parrochia tria milia funerum ⁊
quinquaginta fuere· Sexto de
inde anno· regina deceſſit: ⁊ al
tera ſupducta eſt ex domo baio
aria· nomine Sophia· longe vi
ro ſuo ꝓſtantior· Inter hec pra-
genſes poplari tumultu excita-
ti· atqꝫ in furorem acti· iudeoꝝ
domus inuadunt· bona eoꝝ di
ripiunt domos incendunt: atqꝫ
inter duas horas· non ſexui· nō
etati parcentes· infelicē gentem
gladio cedūt· Perijſſe aliquot
milia feruntur: ſeruati cōpluri-
mi infantes miſericordia bono
rū ciuiū· baptiſmi gratiā acce-
perunt· Calamitoſuꝫ genus ho
minū· iudei· inter xpianos agē-
tes: qui vbi paululum habun-
dare creduntur: mox tamqꝫ ihu
xpi dei noſtri maieſtatem contē
pſerunt· aut religioni illuſerunt
non fortunas tantū· ſed vitam
quoqꝫ amittunt· Impune apd
pragenſes flagitium fuit: tū qr
populi haut facile corriguntur
ſcelera: tum quia venceſlaus de
ſidia corruptus· preſenti rerum
ſtatu contentus· neqꝫ preterita
corrigere· neqꝫ futura curauit
precauere· Fuit em̄ venceſlaus
lōge patri abſimilis· voluptatū
ſequax· ac labores refugiens·
vini qꝫ prorſus regni curioſior·
Ob quā rem· captꝰ a baronibꝰ
xvij· ebdomadas in cuſtodia

habitus eſt· Johānes dux luſa-
cie et ꝓcopius marchio mora-
uie magno reipublice malo· eũ
libertati reddiderunt· Captus
et ſecundo per Sigiſmundum
hungarie regem· fratrem ſuuz:
et alberto auſtrie duci in cuſto
diam datus· Cuſtodia eius in
egregijs edibus apud viennaz
habita· quibuſ exinde ꝯgnomē
praga datum: ꝙ eas rex pragē-
ſiũ incoluiſſet· Sed cũ parũ dili
genter cuſtodiret· fugã arripuit
regnoqꝫ rurſus potituſ eſt: neqꝫ
tñ vitã mutauit· Sed priori con
ſuetudine vino ciboqꝫ marcēs·
lucemqꝫ dormiendo nocti con-
iungēs· ab electoribus imperij
ꝯprobante romano pōtifice im
perio deiectus: domi torpens il
laudatum egit euũ·

De perfida ſecta huſſitarum· et
dampnatis articulis ꝓfeſſionis
illius· Cap· XXXV·

Sub hoc rege· noſtra de
mũ memoria· etatis ve
ro ſue anno circiter qn
quageſimo· ꝑfida huſſitarũ in-
ſania ortũ habuit: cuius ꝛ origi
nē· ꝛ ꝓgreſſuz· hoc loco ꝓſequi
animus eſt: qñ ea peſtis· omnē
pene germaniã cõturbauit· ne-
qꝫ adhuc extincta· regni bohe-
mici magnã partē occupat· Re
xerũt ſcolam pragenſem vſqꝫ in
ea tpa theutones· Id moleſtiſſi
mũ bohemis fuit: hominib⁹ na
tura ferocibus· atqꝫ indomitis
Ex quibus vir quidam genere
nobil'· ex domo quã putridi pi-
ſcis vocãt· apud oxouiã anglie
ciuitatē lr̃is ſtudens· cũ Johis
vicleffi libros offendiſſet· qbus
de realibus vniu'ſalibus tituluſ
inſcribit: magnope illis oblecta
tus· exemplaria ſecũ attulit· In
ter que· de ciuili· de iure diuino
de eccl'ia· de diuerſis queſtioni-
bus contra clerũ· pleraqꝫ volu-
mina· veluti ꝓcioſum thezauruz
patrie ſue intulit· Imbutus iaz
ipſe vicleffitarum veneno· ꝛ ad
nocendũ paratus: tũ qd erat fa
milie ſue cõgnomē· putridũ pi-
ſcem· id eſt fetidũ virus· in ciues
ſuos euomuit· Cõmodauit aũt
ſcripta que attulerat· hijs potiſ-
ſime· q teutonicoꝝ odio tenebã
tur· Inter quos Johes eminu-
it· obſcuro loco natus: ex villa
hus· ꝙ anſerē ſignificat· cõgno-
mentũ mutuatus· Hic cũ eſſz in
genio peracri· ꝛ lingua diſerta·
mulũqꝫ dyaleticis oblectaret·
ꝛ peregrinas opiniones ama-
ret· auide admodũ vicleffitarũ
doctrinã arripuit: eaqꝫ teutho-
nicos vexare magiſtros cepit:
ſperans eo modo cõfuſos theu
tones· ſcolas relicturos· Quod
cum ſuccederet: a venceſlao im-
petratum· vt pragenſe gymnaſi-
um ritu pariſienſis gubernare-
tur· Ea res magiſtratum ſcole
theutonibus abſtulit· Quam
ob cauſam· cõmoti magiſtri· ac

diſcipuli theutonici generl' iure
iurando adacti · vno die ſupra
duo milia ſecuti · apud lipzichā
miſne ciuitatē · trium dierū itine-
re a praga diſtantē · vñe ſtudiū
erexere · Bohemis ſcole ſue gu-
bernatio libere patuit: quorū prin-
ceps eſt habit⁹ Johannes huß ·
lingua potens · et mūdioris vite
opinione clarus · Qui vbi ſatis
fidei ꝑparatū ſibi exiſtimauit · ve
nenum qd iam pridē occulte cō
ceperat · palam euomuit · Fūda
uerat opulent⁹ quidā ciuis in vr
be pragenſi · ſub noīe ſanctorū
mathie et mathei haut ignobile
templū · qd bethleem appellauit
redditib⁹ additis · ex qb⁹ duo p
dicatores alerentur: q feſtis profe
ſtiſqz dieb⁹ · vbū dei bohemico
ſermone plebib⁹ inſinuarent · Ho
rum alter Joannes aſſumptus
eſt · Qui cum ſe libenter audiri
animaduerteret · multa de libris
Johannis vicleffi in mediū at-
tulit · aſſerens in eis oēm veritatē
ꝯtineri · adiciensqz crebro inter
predicandū · ſe poſtqz ex hac lu-
ce migraret · in ea loca proficiſci
cupe · ad q vicleffi aīa ꝑueniſſet:
quem virū fuiſſe bonum ſanctū ·
celoqz dignum · non dubitaret ·
Sequebātur iohannem clerici fe
re oēs · ere alieno grauati · ſcele-
lerib⁹ ac ſeditionib⁹ inſignes: q
rerū nouitate euadere penas ar
bitrabantur · Hijs et nonnulli do-
ctrina celebres iuncti erant · qui

cum in eccleſia ꝯſequi dignita-
tem non potuiſſent: iniquo ani
mo ferebant ſacerdocia maiorū
cenſuum hijs ꝯmitti · q quibus no
bilitate preirent · ſcientia tamen
viderent inferiores · Excecauit
eos inuidia: vt qui viderant et
qui intellexerant · non intellige-
rent · Proruperunt in blaſphe-
mias · et cum aliquibus ignaris
fortaſſe ac vicioſis maledicere
poſſent · in omnes latrare ſacer-
dotes cepe: et ab eccleſia catho-
lica recedentes · impiā valdenſi
um ſectam atqz inſaniam ample
xi ſunt · Huius peſtifere ac iā
pridem damnate factionis do-
mata ſunt · Romanū preſulem ·
reliquis epiſcopis parem eē: in
ter ſacerdotes nullum diſcrimē
Preſbyterū · non dignitatem ſed
vite meritum · efficere pociorem
Animas ecorporibus exceden-
tes · aut in eternas eueſtigio pe-
nas mergi · aut perpetua conſe-
qui gaudia: purgatorium ignē
nullū inueniri · Vanum eē ora-
re pro mortuis: et auaricie ſacer
dotalis inuentiuum · Dei et ſan-
ctorū ymagines delendas · Aq-
rum · palmarūqz benedictiones
irridendas · Mendicantium re
ligiones · malos demones inue
niſſe · Sacerdotes pauperes eē
debere: ſola ꝯtentos elemoſina
Liberā cuiqz predicationem ver
bi dei patere · Nullum capitale
peccatum quantumuis maioris mali

vitādi grā tollerādū· Qui mortalis culpe reus ſit·eum neq̃ ſeculari neq̃ eccleſiaſtica dignitate potiri:neq̃ parendū ei· Confirmationem quā criſmate pontifices inducūt ⁊ extremā vnctōnem inter eccleſie ſacra minime ꝯtineri· Auricularē ꝯfeſſionem nugacem eē:ſufficere ſua queq̃ deo in cubili ſuo ꝯfiteri peccata Baptiſma fluuiał vnde·nlła interiecta ſacri olei mixtura r̄cipiē dum· Cimiterioꝝ inanē vſum· queſtus cā reptuz:q̄cunq̃ tegātur tellure hūana corpora nil diſtare· Templū dei late patentis ipm mundū eſſe· coartare maieſtatem eius · q̄ eccleſias·monaſteria·oratoriaq̃ ꝯſtruunt:tāq̃ propicior in eis diuina bonitas inueniał· Sacerdotales veſtes altariuz ornamenta·pallas corpalia·calices ·patenas· vaſaq̃ hmōi·nil habere momentu· Sacerdotez quocūq̃ loco· q̄cunq̃ tpe·ſacrum chriſti corpus conficere poſſe·petentibuſq̃ miſtrare: ſufficere ſi v̄ba ſacramētalia tm̄ dicat·Suffragia ſanctorum in celis cum chriſto regnantiū· fruſtra impetrari: que iuuare ñ poſſunt· In canonicis horis cātandis·dicendiſq̃· fruſtra tempus teri· Nulla die ab opere ceſſanduz · niſi que dominica nūc appellał:celebritates ſanctorum rurſus reiciendas · Ieiunijs q̄ ab eccleſia inſtitutis·nihil ineſſe

meriti· Subinco ·cognomine lepus· claris parentibus apud bohemos ortus· per idem tempus pragenſem eccleſiā pōtificio retinebat:conſilio et animo illuſtris · Qui orienti calamitati obuiam ire cupiens priuſq̃ amplius debacharetur ·libros iohannis vicleffi ad ſe ferri :omneſq̃· doctorum virorūz conſilio adhibito· publice concremari iuſſit · Supra ducenta volumina fuiſſe traduntur·pulcerrime cōſcripta:bullis aureis tegumentiſq̃ precioſis ornata· Iohanni predicatio interdicta et adiecte mine·ſi quando priores in populo errores vulgare auderet· Ipſe praga excedens· apud villam vbi ſibi origo fuit ac cognomen · permittente loci domino·qui eius inſanie fauebat ·vocare plebes· ac docere ñ deſiſtit·multa in romanum preſulez·multa in reliquos eccleſie pontifices maledicta congerēs Vtq̃ populi animos ſibi magis ac magis conſiliaret·Decimas haut aliter q̄ elemoſinas ſacerdotibus debitas aſtruit: liberū predia poſſidentibus · ſi velint eas dare·ſi nolint nullo iure cogi poſſe · Nondum error de ſacramento altaris irrepſerat·Sz attulit nouam peſtem petrꝰ draſeñ·i d opidum miſne ſuper ſicium· qui cum alijs theutonibus paul oante bohemiam relique·

rat· Cognitus inter ſuos· quia
valdenſi lepra infectus eſſet· pa
tria pulſus · velut hereticorum
aſilum· pragam repecijt: puero
rumqꝫ docendorum curam ac-
cepit· Apud eccleſiam ſancti mi
chaelis per id temporis popu-
lum predicando inſtruebat Ja
cobellus miſnenſis: litterarum
doctrina· ⁊ moruꝫ preſtantia iu
xta clarus· Petrus hūc aggreſ-
ſus · mirari ſe ait doctum ⁊ ſan-
ctum virum · qui diuina eloq̄a
plebibus exponeret· errorem il-
lum nō animaduertiſſe commu
nionis eucharistie· qui iam pri-
dem eccleſiam peſſundaſſet· In
qua ſub vna tantum ſpecie· do-
minicum corpus populo mini-
ſtrat· cum apud johannem euā
geliſtam ⁊ apoſtolum chriſto di
lectiſſimum· ſub duplici ſpecie
panis viniqꝫ ſumi iubeatur: di-
cente apud eum ſaluatore · niſi
mādu caueritis carnem filij ho-
minis ⁊ biberitis eiꝰ ſanguinē·
non habetis vitā in vobis· Cō
motus hijs iacobellus· cum ꝑ-
quiſitis vetuſtis ſanctorum doc
torum codicibus· dyoniſij preſ-
tini· ⁊ cipriani· communionē ca
licis laudatam inueniſſet; pro-
hibitus apud ſacellum archan
geli michaelis predicare in tem
plo maiore Sancti martini ka-
thedram ſortitus· publice ꝯmo
uere populuꝫ cepit: ne deinceps
communioneꝫ calicis· ſine qua
ſaluari nemo poſſꝫ· quoquo pa
cto negligerēt· Huic omnes he
retici conſenſerunt· haut modi-
ca geſtientes leticia· ꝙ articuluꝫ
inueniſſent in euangelica lege
fundatum· per queꝫ romane ſe
dis vel ignorantia · vel nequi-
cia argui poſſet · Odioſo quā-
uis hec animo rex intelligeret·
deſidia tamen corruptus· ⁊ in-
ercia torpens· impune debacha
ri ſinebat hereticos· ¶ Subin-
co archiepiſcopus vbi nullū ad
uerſus tantum emergens malū
in venceſlao preſidium inuenit·
ad Sigiſmundum hungarie re
gem confugit: obſecrās atqꝫ ob
teſtans· vt negligentiam fratris
emēdet· neqꝫ labefactari ortho-
doxe fidei ſacramenta permit-
tat· Dat fidem Sigiſmundꝰ pe
titurum ſe breui bohemiam: ec-
cleſie catholice conſulturuꝫ Sꝫ
dum dies die ducitur · ſubinco
apud poſtiniū in hungaria mo
ritur· et albicus ei ſufficitur· na
tione bohemus· arte medicus·
⁊ Sigiſmundo propterea carꝰ:
vnicum extreme auaricie bara-
trum · Qui claues celle vinarie
nulli alteri ꝙ ſibiipſi credidit: ⁊
animalia viuētia dono accepta
mox vēdidit· Et quia ſumptuo
ſos eſſe coquos didicerat· abie-
ctā anū popine ſue prefecit· In-
terrogatꝰ aliquā· ſonorū: oīm quē
moleſtiꝰ audiret: maxillaꝝ inq̄t
oſſa frangentiū Idoneꝰ ꝓfecto

pontifex: q̄ ſurgenti fomentum
hereſi daret· Infeſtabat ea tem-
peſtate Romanam eccl'iaʒ La-
diſlaus rex neapolitan⁹: aduer
ſus quem Johes papa terci⁹ et
viceſim⁹· bellum decernens· ple
nariā peccatoꝝ remiſſionē idul
ſit hijs· q̄ ad tuendaʒ eccl'iaʒ ar
ma induerent· Recitabat̄ in ec
cleſia pragenſi decretū pontifici
Qd cum quidam ſordide artis
homines audiſſent· Johannez
papaʒ antixp̄m eſſe magna vo-
ce clamauerunt: q̄ crucem ꝯtra
xp̄ianos decerneret Eos e veſti
gio ſenatus in carcereʒ rapi iuſ
ſit: p̄plus vō ſusceptis armis· di
mitti oēs peciit· Sed placatus
oratione ſenatus· tanq̄ꝫ vita ca-
ptiuoꝝ in tuto eſſet · ſuam q̄ſqꝫ
domum rediere: de illis clā ſup
plicium ſumptum· At cum ſan-
guis ex pretorij ianuaʒ defluēs
indicium necis feciſſet · iteꝝ oc-
currens populus· interemptoꝝ
corpora rapuit· ꝛ aureo circum
uoluta panno· ꝑ omnes vrb ec-
cleſias detulit: clamantib⁹ eiuſ-
dem ſecte ſacerdotibus· Iſti ſūt
ſancti q̄ pro teſtamento dei· ſua
corpora tradiderūt Exin cada-
uera in ſacrario in bethleem re
poſita: quaſi martyꝝ reliq̄e aro
matibus condita·

De iohanne hus· ꝛ iheronimo
hereſiarchis· in Conſtañ· conſi-
lio igni traditis·

## Capitulum · XXXVI

Dum hec agunt̄· genera
le ꝯciliū apud ꝯſtanciā
Sueuoꝝ vrbem cogit̄·
In q̄ de reb⁹ bohemicis ſermo
habitus· patrū mentes ingenti
cura cōfecit: voluenciū aīo q̄
nam modo ſanari ꝓuincia poſ
ſet· Placuitq̄ꝫ tandeʒ· Sigiſmū
do īpatore ſuadente · iohan-
nem ꝛ iheronimū ad ſynodum
vocari: q̄ tum ceteris eiuſdeʒ re
gni doctiores· tū ꝑfidi ductores·
ac hereſum p̄ncipes habebant̄·
Venerūt ambo· non tā verecū-
de aliena diſcere· q̄ꝫ ſua īpuden
ter ingerere pati: docendi q̄ꝑpe
quē diſcendi cupidiores· ꝛ ꝑpla
res amantes aures· Auditi ſūt
in conſeſſu patrum· Johannes
etate maior et auctoritate habi-
tus· doctrina ac facundia ſupe-
rior iheronimus· Lecti ex omni
natione patres diuini atq̄ꝫ hu-
mani iuris doctores· Sepe cuʒ
hijs colloquium habuere· dog-
mata eorum a lege diuina alie-
na eſſe monſtrarunt: neq̄ꝫ bōis
conducere moribus· Rogaue-
runt· ne plus ſapere q̄ꝫ eccleſia
vellent· ſed ſaperēt ad ſobrieta-
teʒ· Peregrinas opiniones re-
linquerēt· ingenia ſua que qui-
dem eſſent nobiliſſima· vicleffi-
taruʒ inſania ne fedarent · Elo
quentia q̄ p̄diti eſſent· in corro-
borādis eccl'ie inſtituti· nō euer-
tendis· in edocēdis ꝑfidis· nō de

docendis. exercerēt. Posse eos
et in conspectu dei. et in ecclesia
militante sublimē ꝯsequi locū
si reiectis nouitatibꝰ patruz ve
stigia sequerent᷑: inuentionesq̃
suas vniuersali concilio submit
terent. Stetere in ꝓposito perti
naces bohemorum anim. neq̃
victi rationibus vinci voluere.
Se veraces. se sancti euangelij
emulatores se christi discip̄los
esse. Romanam ecclesiam. cete
rasq̃ ꝑ orbem dispersas. longe
a traditionibꝰ apl̄oꝝ abysse. q̄
opes ac delicias sectarent᷑. dn̄a
tū in ꝑl̄os. et p̄mos in cōuiuijs
accubitꝰ exq̄rerēt: canes. eq̄s a
lerēt. eccl̄iaꝝ bona q̄ xp̄i paupi
bus deberent᷑ in lasciuiā luxūq̃
ꝯsumerēt. Aut nescire ꝓrsus di
uina mādata: aut scientes ꝯtē
nere. Primores magne Syno
di. vbi pertinaciaz et imutabiles
aīos ꝑditoꝝ hoīm animaduer
terūt. mēbra eccl̄ie putrida. q̄ sa
nari nō poterāt. ne reliquū cor
pus inficerēt. resecanda censue
rūt. Lata est in ꝯsessu patrū ad
uersus ꝯtumaces sn̄ia: creman
dos eē q̄ doctrinā eccl̄ie respue
rent. Prior igit᷑ iohannes ꝯbu
stus ē. Iheronimus diu postea
in vincul' hītꝰ. cū resipiscere nol
let: pari supplicio affectꝰ. Pertu
lerūt ambo ꝯstanti aīo necez. et
q̄si ad epulas inuitati ad incen
diū ꝓperarūt: nullā emittentes
vocē. q̄ miseri animi posset face
re indiciū. Ubi ardere ceperūt.
ymnū cecinere: quē vix flamma
et fragor ignis intercipe potuit.
Nemo ꝓhoꝝ tam forti aīo mor
tem ꝑtulisse tradit᷑: q̄ isti incen
diū. Poggius florentinus. eta
tis nostre nobil' scriptor. de mor
te Iheronimi ad nicolaum in
coli conciuem suum. elegantem
scripsit ep̄l'am: q̄uis paululum
sua ꝯsuetudine in mores cleri i
uectus videat᷑. Cineres exusto
rum. ne raperent᷑ a bohemis in
lacum proiecti. Discipulis eoꝝ
ex eo solo terraz abstulere in q̄
ignis fuit: eamq̃ veluti sacram
secum attulere in patriaz. Iohā
nes ac iheronimus apud bohe
mos martiꝝ honores meruere:
nec minores q̄ petrus et pau
lus apud Romanos hīti. Nū
ciatis enim in bohemia. q̄ ꝯstā
tie gesta fuerunt de iohanne ac
Iheronimo. discipuli eorū seq̄
cesq̃ omnes. in vnum ꝯuenien
tes. memoriam in primis defun
ctoꝝ cōsecrant: celebrādamq̃
quotannis omnes decernunt.
Exin ꝑ amicos nonnullas sibi
ecclesias a rege tradi extorquēt
in quis sue predicare plebi. sacr
mentaq̃ ministrare libere pos
sint. Neq̃ hō modo ꝯtenti. apd
slauoniam. nobile monasteriū
fratrum ꝑdicatorū extra menia
opidi situm. a fundamentis de
iciunt: Eaq̃ prima ecclesiarum
ruina in hussitarū nouitate fcā

decurritur in ecclias · monaſte-
riaqꝫ paſſim : nobiliſſima ſupe
ris dicata tẽpla ferro atqꝫ igne
vaſtant· Nullum ꝗ regnum eta
te noſtra tota europa · tam fre-
quentibꝰ· tam auguſtis· tam or
natis templis ditatum fuiſſe· qꝫ
bohemicum reor· Templa in ce
lum erecta· lõgitudine atqꝫ am
plitudine mirabili· fornicibꝰ te-
gebant lapideis altaria in ſub-
limi poſita· auro ꝛ argento quo
ſanctorum reliquie tegebantur
onuſta· ſacerdotum veſtes mar
garitis tecte· ornatus omnis di
ues· ꝑcioſiſſima ſuppellex : fene-
ſtre alte atqꝫ ampliſſime conſpi-
cuo vitro ꝛ admirabili ope· vt
lucem prebeant· Neqꝫ hec tm̃
in opidis atqꝫ vrbibꝰ· ſꝫ in vill
qꝫ admirari licebat· Fuit int ce
tera monaſteriuꝫ aule regie· a-
pud ripam multauie· qua mo-
ſa fluuius illi iungit· ſitum· in q
regum corpora ↄdebant· ſingu
laris excellentie· Nã preter edẽ
magni ꝛ memorabil operꝭ am-
plum dormitoriũ· ceteraſqꝫ mo
nachorum officinas magnifice
conſtructas· habuere circuituꝫ·
qui non paruum concluſit ortũ
ambitum vocauere· In huiꝰ la
teribus vetus nouumqꝫ teſtam
tum ab inicio geneſis · vſqꝫ ad
apocalipſim iohannis ꝉris ma
iuſculis in tabulis ſcriptum cõ-
tinebant· nõ is ꝗ alcius irẽt pau
latim creſcentibus : ita vt a ſum
mo vſqꝫ deorſum facilis lectio
ꝑberet· Sꝫ h̃ decꝰ poſt vẽceſlai
mortẽ· huſſitaꝝ rabies deleuit·
Qui poſtqꝫ ecclias qꝫplurimas
deiecert· mõaſteria incẽdert· ca-
ſtellum petentes cui bechingne
nomẽ eſt · octauo fere miliario
ab opido qd nunc thabor ap-
pellãt· triginta circiter milia ho
minũ ↄuenere: atqꝫ ibi tercẽtas
mẽſas in patentibꝰ campis ere
xere· ex qbꝰ ipſo ſacramentũ ca
licis miniſtrarũt· Terruit ea cõ
gregatio venceſlaũ· verentẽ ne
tumultu fcõ in ſe arma ↄuerte-
rẽt: regnũqꝫ ſibi adimerẽt· Nec
ſua res picko caruit· Venceſlaꝰ
ei ſaluti fuit ↄgnomẽto corãda
ſingłari facũdia pſbyr: ꝛ in ple-
bibꝰ auditꝰ· Qui dũ pl'in de re
publica admoneret : int cetera
ꝗ locutus eſt· qꝫꝗ inqt viri frẽs
ebrioſum atqꝫ inertem ſortiti re
gẽ fuimꝰ· ſi tñ ceteros expende-
re ꝑncipes ꝑgimꝰ· nemo ẽ queꝫ
nr̃o regi anferamꝰ : quem recte
oĩm regũ ſpecimen dixerim· qꝫ
tũ benignũ· nr̃i amãtẽ· Naꝫ qs
eo regnãte nos laceſſere audet:
licꝫ nos ex voto viuere nr̃o· Si
nõ eſt eadem ſibi ꝗ nob de reli-
gione ſentencia : ritũ nr̃m neqꝫ
ipſe pturbat· neqꝫ alios pturba
re ſinit Quibꝰ par eſſe arbitror
ꝑces ꝓ eo ad deum fundamus
vtqꝫ ſinguli ei vitam rogemus:
cuiꝰ deſidia· nr̃a ſalus· nr̃a qeſ
eſt· Qd cum ab exploratoribus

rex ꝯgnouiſſet·q̄eto aīo fuit:et
factus ex tepido frigid⁹·coran-
dā inter amicos habuit Per
idē ferme tp̄s ſurrexit ⁊ ali⁹ pſeu
do ſacerdos apud pragā·Johā
nes q̄daȝ ex ordine p̄monſtratē
ſium impi⁹ monachus ⁊ ad oē
ſcelus audax·Qui cū p̄dicaret
apud ſanctū Steffanū in piſciā
neq̃ bn̄ ſape videret·inde amo
tus mōnaſterium cārmelitaruȝ
inuaſit·Nec ſuaſere heretici·vt
ſuam potentiā oſtentarēt·Sin-
gulis ferme dieb⁹ ſacraȝ eucha-
riſtiā ꝑ ſuas eccleſias circumue
ctabant·Quas cū paucas eē di
cerēt·ductore Nicolao viro no-
bili·eius loci dn̄o vn̄ iohanneȝ
hus origineȝ trahere diximus·
in regiaȝ tumultuarie ꝓrumpē
tes·Wenceſlaū orauere·ſibi vt
ampliores eccleſias elargiret:q̄
iam populi maiorem parteȝ ob
tinerent·Audiuit rex benigne
nicolaū pro multitudine loquē
tem:vtq̃ in poſterum dieȝ redi
ret iuſſit·Deīn miſſo populo·
ad nicolaum qui remāſerat cō-
uerſus·tu inquit qua me regno
eiceres orditus es telaȝ:at ego
laqueuȝ inde efficiā q̄ te poſtea
ſtrangulem·Jlle enim regis cō
ſpectu abiens:populares ma-
gis ac magis incendit Rex i ar
cem viſſegradenſem vrbi vici-
nam·prauoq̃ tm̄ fluuio diſiun
ctaȝ·ſeſe recepit·⁊ paulopoſt in
caſtellum nouuȝ quod ipſe cō-
ſtruxerat·quinto diſtās lapide·
cum paucis adijt:miſſis ad fra
trem oratoribus·qui eius auxi-
lium implorarent·Conſulibus
autem noue ciuitatis pragēſis·
ne vlterius ab hereticis·domi-
nicum corpus in pompa defer-
ri ſinerent·imperauit·

## De morte Wenceſlai regis· Capitulum· XXXVII·

At heretici pridie kalen
das Julij apud eccleſi
am carmelitarum con-
uenientes·ad edem Sancti ſtef
fani euchariſtiam per plurimaſ
plateas atq̃ eccleſiaſ armati cir
cumtulere:ibiq̃ domum ſacer-
dotis ſuis incepcijs non conſen
cientis diripuere·Et ſublato cla-
more ingenti·furentes pretoriū
petiere·Conſules vndecim me
tu perculſi fuga ſaluati ſunt:ſep-
tem qui remanſerant·⁊ cū hijs
iudex vrbis·atq̃ alij nonnulli
ciues·raptim intercepti·ex altiſ
ſimis feneſtris in forum precipi
tati·lāceis ac verubus irati po-
puli excepti·dirum ſpectaculuȝ
dilaniati prebuere·ſtante in fo-
ro Johanne monacho·⁊ ſacrū
xp̄i corp⁹ ſanguinario ſpc̄lo oſtē
tante·Camerarius regni q̄ cuȝ
trecentis eq̄tib⁹ ad ſedandū tu
multuȝ occurrerat·vbi furenteȝ
plebem animaduertit:d̄ ſua vi-
ta ſollicit⁹·fuga ſibi conſuluit·

Ea cum regi renunciarent· cunctiqꝫ circumſtantes attoniti facin⁹ deteſtarent: at ego inquit pincerna·futura hec preſcieram Quem rex indignat⁹ correptũ· repente intus pedes ſuos ꝓſtrauit: ⁊ arrepto pugione· conat⁹ eſt interficere · Sed impeditus a circumſtantib⁹: egre illi vitaꝫ dimiſit Nec mora paraliſi correptus·egrotare cepit · atqꝫ infra octo et decem dies· ſignatis nominibus hereticorꝫ quos neci deſtinauerat·fratreꝫ aſſidue vocitans ·⁊ amicoꝝ auxilia anxi⁹ expectans · ante vita exceſſit ꝙ̃ vocati principes adeſſent: cũ regnaſſet annis quinqꝫ et quinq̃ginta·vixiſſet ⁊ duob⁹ amplius Conſueuerunt corpa regũ apđ bohemos priuſqꝫ ſepelierentur octo diebus·aromatibus cõdita ·ꝑ ſacraria vrbis circumferri plangiqꝫ·⁊ ſequentib⁹ amicis ac baronibus conclamari·Hoc in venceſlao neglectuꝫ: non audẽte regina ingredi nouam ciuitatem Delatum eſt cadauer ad eccleſiam ſancti Uiti in arce· et inde ad aulam regiam· de qua paulo ante meminim⁹: ibiqꝫ cõditum in ſepulchro qđ ipſe ſibi delegerat· Sed poſtea cum monaſterium ipſuꝫ ab hereticis diriperet·⁊ ſepulchra regum effrigerent·cadaueraqꝫ abicerent· piſciculos quiſpiaꝫ nomine muſcha ·venceſlao vendere ſolit⁹· regis quem amauerat corp⁹ clã collegit: ⁊ in loculo apud ſe domi condidit· Interiecto deinde tempore· rebus in meliorem formam redactis · cum Uenceſlai corpus inquireret ·acceptis viginti aureis illđ reddidit: tũqꝫ circumgeſtatio ex more facta · et iuſtum regi funus exhibituꝫ·

## De Johanne Ziſcha·hereticorum huſſitaꝝ Capitaneo in armis ſtrennuiſſimo · ac victorioſiſſimo· Cap· XXVIII·

Recens obierat Uẽceſlaus ·cum Johannes Ziſcha nobilis genere ex loco cui troſnouia nomen·cẽſu tenui· In curia regis a puero enutritus ·⁊ bellicis exercitatus·vno carens oculo quẽ ſtrẽnue pugnans iampridem amiſerat·infectus huſſitaꝝ veneno·⁊ rapinaꝝ auidus·collecta ꝑditorum hominũ multitudine·in eccleſias que reſtabant impetũ fecit: ſimulachra Sanctoꝝ·⁊ imagines magni dei ꝑfregit·Mõaſterium carthuſienſiũ prage vicinum inuaſit: ⁊ direptum·monachos eius ordinis tanꝙ populo inutiles·qui veluti ſues in clauſtro ſaginarentur·migrare alio iuſſit·Uenere ꝑ idem tempus ex montibus pragaꝫ ·cccc· circiter viri·cum mulieribus·lepra huſſitaꝝ infecti: atqꝫ in foro

ſedentes · cibum ex magiſtrati-
bus petiere· Cõſulatus metu
plebis que aduenarũ miſereba
tur · cibaria eis publicitus mi-
niſtrauit· Ziſcha hos ſibi adiũ-
xit: et arcem viſſegradenſez qui
negligenter cuſtodiebatᷣ inua-
dere cupiens· ad locum quẽ cru
ces appellant ꝓfectus eſt· Ibi ſu
pra quadraginta milia viroꝝ
ex hereticis cõuenere: Qui ſuã
multitudinẽ conſpicati· animũ
ad omne facinus audacez ſum-
pſere· Multa ibi aduerſus Si-
giſmundũ ceſarem· quẽ regnũ
heredem ſuis conatibus infen-
ſum norant· excogitata atq₃ de-
creta· Exin ziſcha· duce corãda
de quo ſupra meminimus· pel-
zinã vbi cõplures eſſe ſue facti-
onis amicos nõ ignorabat· va-
lido preſidio muniuit: qui apud
cruces remanſerant· arcez viſſe
gradenſem inuaſere· Sophia
interim anxia quo ſe pacto tue-
retur· crebris nuncijs ac litteris
Sigiſmundũ vocare· vicinoꝝ
auxilia petere· atq₃ in omẽs par
tes mentem dirigere· Sigiſmũ-
dum malo vſum ꝯcilio· in thur
cos· qui ſe iam ꝑdẽ caſtris exu
rãt· arma ꝑus mouere· ꝙ bohe
miaz petere libido inceſſit· Qꝫ
ſi exercitũ pragaz duxiſſet· anteꝙ
vires hereticoꝝ coaluiſſent nũ-
ꝙ ea incendia que poſtea vidi-
mus germaniam exuſſiſſent· At
dũ ille thurcos laceſſere parat·
bohemiã amiſit: et vngariã nõ
defendit· Ea ꝓpter cum ſerum
eſſet eius auxiliũ· regina cũ ten
chone wirtenburgenſi regnum
gubernãs· ex theſauro regio co
pias cõparauit: arcem pragen-
ſem et minorẽ ciuitatez que arci
adiacet preſidio firmauit: ponti
multauie ne tranſitus illac eſſet
hereticis· ligneas turres ac ia-
nuas adiecit· At illi paſſim ꝑ re
gnũ cõuentus agitare· ſollicita-
re ꝑplos· hos minis terrere· illos
blandicijs allicere: implere no-
uam ciuitatẽ ſuis hominibus·
dies nocteſq₃ conſultare quibuſ
modis ſummã ſibi rerũ acquire
rent· Cum quibus Petrus ſta
rembergius apud inſulam be-
nedicti confligens· equo marte
prelium diremit· In praga auc-
ta hereticoꝝ alluuie· pro ponte
pugnatum· multiſq₃ vtrimq₃ ca
dentibus· pons deniq₃ in pote-
ſtate huſſitarum factus· decliui-
oris partis prage minoris fide-
les· in altiorẽ ſeſe partẽ receperẽt
atq₃ inde conuerſi acribus ani-
mis inſtaurauere certamẽ· Pu-
gnatum eſt die noctuq₃ ꝯtinuis
quinq₃ diebus· ſeuiſſimiſ ac cru
delibus auſibus: multi vtrimq₃
ceſi· magnifice domus exuſte: ꝑ
toriũ infimo loco ſitũ· incenſum
atq₃ deletum·

De Sigiſmundo bohemoꝝ re
ge tertiodecimo· et Romanorũ
imparatore· Cap· XXXIX·

Cum hic eſſet rerũ ſtat⁹. legati Sigiſmundi ſuperuenere. q̃ regni gubernationẽ accipientes. cum ciuitate pragenſi ea lege inducias fecere: vt arce viſſegradenſi reddita. liceret ciuibus ad Sigiſmundũ oratores mittere. deq̃ re ſua cũ eo trãſigere: Ziſcha pelzinã. pieſtã. et alia que occupauerat loca reſtitueret. Cõditionibus acceptis atq̃ cõpletis externi heretici vrbem reliquere cõſulatus ex priſco more gubernationez inijt. quietior reddita ciuitas: non tamẽ katholici qui exceſſerant redire auſi. Expectabant autẽ Sigiſmundi aduentum: cuius preſentia ſeſe tutos arbitrabant. Sed interrũperũt ſpem lr̃e ab eo miſſe: in quibus ſcriptũ erat. ipſum breui venturũ. regnũq̃ eo modo gubernaturũ. quo pater ipſius karolus ꝓuinciam gubernaſſet. Quib⁹ ex verbis intellexerũt heretici ſectam ſuã excluſaz iri. que regnãte karolo nondũ ortũ habuiſſet ꝓinde magis ac magis indignari. Sigiſmundus autẽ ad feſtũ natiuitatꝭ dñice. Brumã qḋ eſt morauie opidũ peciit. Ibiq̃ pragenſibus veniã petentibus ea lege pepercit. vt cathenas ꝛ repagula tota ex vrbe deponerent: ſuos magiſtratus acciperent. Paruit attonita ciuitas. cũ ꝑmores regni. eleuatꝭ in celũ manibus aduentũ noui regis gratulabundi expoſcerent: eiuſq̃ rectores ſine cõtrouerſia relique vrbes admitterent. Nec dubiũ videbatur. quin tota bohemia labes huſſitarũ exceſſiſſz ſi ex Bruma Sigiſmundus recta via ſe pragã cõtuliſſet. Sed diuertit ille. vt fortaſſe fati ſui erat. vratiſlauiãq̃ ſleſie caput acceſſit. Quo in loco ꝓplus vrbanus nõ diu antea. conſulatũ a venceſlao fratre ſuo conſtitutũ ꝑ ſeditionẽ obtruncauerat: cui⁹ ſceleris auctores ſecuri ꝑcuſſit. Quod vbi prage renunciatum eſt. diffiſi de venia ciues. exemplũ vratiſlauienſiũ veriti. manifeſto deſciuerũt. et allecto ꝑmijs cenchone. qui arci pragenſi p̃erat. in totũ regnũ litteras dedere. ne quiſpiã Sigiſmundo aditum preberet. qui dalmacie lingue hoſtis eſſet: nec alia cura teneretur. q̃ regni perdendi. q̃ antiquã pruthenoꝝ ciuitatẽ ordini iure pignorꝭ obligaſſet. Brãdenburgẽſes autẽ a corona bohemica alienaſſet: Johannẽ ac Iheronimũ in conſtantienſ concilio cremari. nõ ſolũ ꝑmiſiſſet: verumetiã procuraſſet. dogmata que ipſi ſequerentur totis conatibus impugnaret.

De ciuitate Thabor et extructione eius. fratribuſq̃ thabori

tis.

## Capitulū. XL.

ZIſcha dū hec agunť. relicta ex federe pelzina. bis a fidelibus īuaſus. bis ꝯſutijs vſ⁹ ex pene victo victoꝛ euaſit. Erāt aſꝑa loca in quib⁹ pugnare oportuit. hoſtes in equis. milites ſui omnes pedites: nec certamē cōmitti niſi pedeſtre poterat. Ut ergo deſilire ab equis aduerſarij. mulieres que de more ſuū exercitū ſequebanť. ꝓicere pepla in terraꝫ iuſſit: quibus implicati ꝑ calcaria equites. prius extincti ſunt. quaꝫ pedes expedire valerent. Ipſe deinde muſcam petijt. opidū. ad luſinitiuꝫ ampnē in ripa ſitū: ex quo copius et vlricus fratres. vere fidei cultoꝛes. eiuſqꝫ loci dn̄i. non paruā ꝑpli partem eiecerant cū hereticis ſentientē. Id ziſcha quadrageſime nocte aggreſſus. armis expugnauit: dirupit. incendit. Sed et licium qꝫ caſtellū. ab eo loco mille paſſuū diſtans. quo ſe vlricus receperat. ui cepit: vlricū familiāqꝫ ſuā gladio occidit: vni tm̄ vita retenta. qui reliquos obtruncaret. Cūqꝫ ciuitatē quā incoleret muro cinctā non haberet. locuꝫ natura munitū ad eundē ampnē elegit. vix octo ſtadijs ab auſcha ſeꝑatum. Hūc menib⁹ cinxit. ⁊ vt quiſqꝫ tentoꝛia fixerat ita edificare ſibi domos imperauit ciuitati thaboꝛ indidit nomen. Nā et comites eius. fratres thaboꝛite appellabanť. tanqꝫ cū tribus aplis ſaluatoꝛis xp̄i tranſfigurationē in monte vidiſſent: indeqꝫ ſuas opiniones mutuati eſſent. quas fidei veritates appellant. Ciuitas quāuis altis defenſa rupibus. muro tm̄ ⁊ antemurali cincta eſt. Luſinicius ampnis. maioꝛē vꝛbis partē alluit: qđ reliquū toꝛrens nō modicuſ ambit. Qui cū recte in luſmiciū tenderet: ſaxeo colle impeditus. q̄longa eſt ciuitas flectere ad dexterā iter coactus. in fine vꝛbis maioꝛi fluuio miſceť. Spaciū quo ꝑ terrā accediť. nā pene inſulā duo ampnes efficiunt. vix pedes. xxx. ꝓtenditur. Hic foſſa ꝓfunda manu facta. ⁊ triplex murus ea craſſitudine q̄ nullis effringi machinis queat. Turres in menibus crebre. ⁊ ꝓpugnacula que ipſi thaboꝛite. expugnandarū vꝛbiū magiſtri. excogitauerūt. locis oportunis conſtructa. Hic refugiū omniū hereticoꝝ. arcēqꝫ ziſcha primuſ erexit: qui eum ſecuti ſunt. pro ſuo quiſqꝫ ingenio munimenta vꝛbis auxerunt. Nos qualem vidimus ciuitatem deſcripſim⁹ In ampne luſmicio auri grana reperiuntur. ciceris equantia magnitudinem: que nullo egēt purgamento. Nondum eqtes apud thaboꝛitas militauerant. cum eſſent omnes ferme infime

plebis homines: ⁊ qui non tam
nouā fidem ſecuti · q̄ȝ iudicia et
carceres fugiſſe videbant · Ni-
colaus magiſter monete · quem
Sigiſmundus ad res curādas
in bohemiā miſerat · p̄mus oīm
equoꝝ copiā thaboritis fecit: q̄
cum mille equitibus in vico cui
vogize nomen eſt · nouis ziſche
motibus occurſurus cōſederat
In hūc nocte ipſa paraſceues zi
ſcha ex improuiſo ꝓrumpens ·
omēs illi equos ademit: arma
ſurripuit · vicū incēdit · Milites
ſuos eq̄s aſcendere · ſaltare · cur-
rere · flectere in girū docuit: neq̄ȝ
poſt hac abſq̄ȝ alis equitū copi-
as duxit · Nicolaus in arce ſal-
uatus eſt ·

## De adamitis hereticis · Caplm · XLI ·

INter hec et alia · apud
bohemos nephanda et
inaudita prius emerſit hereſis ·
Picardus quidā ex gallia bel-
gica · trāſmiſſo rheno · ꝑ germa-
niā in bohemiā penetrauit: qui
p̄ſtigijs quibuſdā fidē ſibi cōci-
lians · breui tp̄e nō paruā mulie
ruꝫ viroꝝq̄ȝ plebē ad ſe traxit ·
quos nudos incedere iubens ·
adamitas vocauit: Et ocupata
inſula quadā · amnis luſmitio
cincta · filiū dei ſe dixit: ⁊ adam
vocari · Connubia eis ꝑmiſcua
fuere: nephas tamē iniuſſu adā
mulierē cognoſcere · Sed vt q̄ſ-
q̄ȝ libidine incenſus in aliquam
exarſit · eam manu prehendit · et
adiens principē in hanc inquit
ſpiritus meus cōcaluit · Cui p̄n
ceps reſpondit · ite creſcite · ⁊ mlt
tiplicamini: et replete terrā · Aie
bat ceteros homines ſeruos ēē
ſe vero et qui ex eis naſcerentur
liberos · Ex hijs q̄draginta viri
inſulā exiere · ⁊ intrātes vicinas
villas · euaginatis gladijs ſup
ducentos aggreſtes interfecere:
quos dyaboli filios aſſerebant ·
Ziſcha hijs auditis: quāuis ſce
leratus · ſcelus tamē exhorruit ·
Habet enī hoc natura hominū ·
vt aliena magis q̄ȝ ſua q̄ſq̄ȝ vi-
cia ꝑhorreſcat · Neq̄ȝ ſūma ma-
la diu inulta manent: vltorē q̄ȝ
mali ſepe malū cernere licet · Di
rexit igitur in eos exercitum: ex-
pugnataq̄ȝ īſula adamitas om
nes gladio deleuit: duobus tm̄
reſeruatis · ex quis gentis ſupſti
tionē cognoſceret · Audiui ego
ex vlrico roſenſi p̄ſtanti regulo ·
cū agerem in bohemia · fuiſſe a-
pud ſe viros ⁊ mulieres eius ſe
cte captiuos: ⁊ mulieres quidē
palam dixiſſe · non eſſe liberos
qui veſtibus et preſertim femo-
ralibus vterentur · eaſq̄ȝ in carce
re apud ſe peperiſſe: quas cū an
no elapſo ſimul cum viris igni
tradidiſſet · ridentes cantanteſ-
q̄ȝ flammarū incendia ꝑtuliſſe ·

## Quō Sigiſmundus bohemiā ingreſſus · Coronā regni acce-

perit· minuſq3 feliciter pugna-
uerit· Capitm· XLII·

SIgiſmūdus interea cō
uocatis ſleſie ducibus·
ingreſſus bohemiā·gre
ciū·exinde cuthnā infeſto exer-
citu petit· Cenchonē vt arcem
pragenſem ſibi reddat magnis
ſpoſionibus allicit: equitū qua
tuor milia qui vrbem laceſſant
ibidē collocat· Cencho bina ꝓ-
ditione inſignis domū reuertit
Pragenſes ziſcham accerſiunt:
qui cū thaboritis nichil morat⁹
vrbē accepit in poteſtatē· Duo
tantū ex baronibus Milco cruſ
ſina lituburgenſis· et nilco val-
deſceneñ· ac pauci nobiles·pra
genſium ſigna ſequebant: reliq̄
multitudo ex plebe collecta· Huiꝰ
primū ſtudiū fuit arcem obpug
nare· Locus ipſe natura muni-
tus: nō aliter q̄3 vinci fame poſ-
ſe apparebat · Clauſi aditus ne
quid cōmeatus importaret· Si
giſmundus fumo iter aperuit·
obſeſſiſq3 neceſſaria ꝓbuit: nec
diu poſtea ciuitatē ipſam·accer
ſitis ex imperio auxilijs· obſide
re decreuit· Fuerūt in caſtris ei-
us ſaxonie duces· marchiōeſq3
Brandenburgeñ· ⁊ gener eius
albertus auſtrie princeps· Op
pugnata eſt ciuitas ſex obdo-
madibus· Ipſe vero Sigiſmū-
dus i ede metropolitica q̄ in ar-
ce ſita eſt·regni coronā accepit:
Conradus natione weſtfalus
archiep̄us· qui poſtea in hereſi3
ꝓlapſus eſt·ſacris ſolempnibuſ
rite peractis dyadema ei impo
ſuit· Albicus enim iam pridem
dignitati ceſſerat · cum familiā
edentē bibentēq3 ferre nō poſ-
ſet: et minori contentus officio·
auaricie ſeruiebat · Obpugna-
batur ſummis viribus heretica
ciuitas· Medio tpe reguli ro-
ſenſes· ⁊ crageri· thaborite ca-
ſtra tenentes· a nicolao hus q̄3
ziſcha cū parte copiarū eo miſe-
rat· prelio victi exuūtur: greciu3
q̄3 regine ab hereticis expugna
tum· Inminet vrbi pragenſi ſb-
limis mons· q̄3 viſlechonis ap-
pellant: hunc ne hoſtes occupa
rent Ziſcha preſidio munierat
Cum quis marchio miſnenſis
congreſſus: magnam militu3 ſu
orum partem amiſit · Miſnen-
ſes enim cum iam montis cacu-
men occupaſſent·in partem co-
acti que prerupta erat acri⁹ op-
preſſi· vbi retinere impetum nō
valuere· alij ceſi ſunt: alij ex mō-
te deturbati per abrupta dilap-
ſi perierunt· Sigiſmundus ob-
ſidione dimiſſa cuthnam ſe rece
pit· Per idem tempus vulgaue
rant heretici ipſa die pentheco-
ſtes igne3 de celo caſurum · qui
vrbes bohemicas omnes exure
ret· Ob quam rem magna ex ꝑ-
te ciuitatum menia relicta· Die
predicta cu3 ymbres tota ferme
bohemia vehementes fuiſſent·

religio in riſum ꝯuerſa· multuꝫ hereticis opinio͞is detraxit· Uicit tamen obſtinatio eorum q̃s rapinarum cupido magis q̃ꝫ fidei zelus pellexerat· ¶ Ziſcha apud pragenſes degens· ex conſilio ſuorum ſacerdotuꝫ omnes baſilicas delere adorſus eſt: q̄ ſanctorum nominibus dedicate fuerant· Neqꝫ eniꝫ fas eſſe dicebant alteri q̃ꝫ ſoli deo templa ſacrari· Hinc plurima monaſteria ⁊ nobiles eccleſie· vno impetu in ciuitate diſiecte· Jd pragēſibus egre fuit: quibus ſeruandum edifitiorum decus videbatur· Orta diſſenſio͞e· iurgioqꝫ ſēſim obrepente· Ziſcha cum ſuis abijt: et ad thaboritas reuerſus multa fideliuꝫ loca expugnauit Jnter que pragatini ꝓpoſiti viſegradenſis opidum diripuit: Jn quo viros ac mulieres cum pueris et infantibus cūctoſqꝫ loci ſacerdotes· in eccleſia concluſos: immiſſo igne cōbuſſit

## ¶ De orebitis hereticis Capitulum XLIII

Fuit et alia in bohemia hereticorum factō: fratrum orebitarum appellata· que territoriū grecenſe vicinaſqꝫ gentes magnis affecit cladibus: peſtifera atqꝫ immanis· neqꝫ thaboritarū crudelitate vlla ex p̄te inferior Aduerſus quā martinus quintus pontifex maximus nomīatim crucem decreuit· neqꝫ tamē in plures annos extirpari potuit Huius ſecte homines quotiens ſacerdotes noſtros iter cepere aut igne cremauerunt· aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos dimiſere· Quos parui mom̄ti exiſtimarūt: deſectis virilibus abire permiſerunt A pragēſibus iter hec ſummis viribus arx viſegradēſis oppugnatur Jn qua cum cetera abeſſent: equine carnes aliquamdiu pro cibo fuere· Ad extremum niſi ad certuꝫ diem Sigiſmundus auxilium ferret deditio ꝓmiſſa: veruꝫ ea lex adiuncta vt veniente Sigiſmūdo viſſegradenſes prorſus quieſcerent· Affuit inter diem dictuꝫ imperator· ignaruſqꝫ conditio͞is locum ingreſſus artum ſub arce in quo facile ab obſeſſis defendi poterat: cum illi datamꝫ fideꝫ obſeruaſſent· inuaſus repente a pragenſibus· igētem perpeſſus ſtragem· rebus īfectis retro abiit· Ceciderunt ex morauis· xiiij· proceres· ex hungaris ceteriſqꝫ gentibus q̃ꝫplurimi· arx pragenſibus dedita·

## De multis prelijs ⁊ victorijs johānis ziſche ¶ Cap· XLIIII·

Ziſcha dum hec fiūt: boſlaum regulum: cui cy

gneo cognomen fuit: qui multiſ
antea cladibus hereticos affece
rat: in oppido ſuo mūitiſſimo vi
c:pit· et in hereſim ſuam pellexit
Qui ad rethiuz paucis poſt an
nis dum hereticoruz copias du
cit vulneratus interijt· Erant in
territorio pelzinēſi complura ce
nobia: opibus et ſtructuris inſi
gnia· ex quibus ziſcha quiq₃ cō
buſſit· In mōaſterio vero claro
nenſi/ quod munitius fuit· pre
ſidium poſuit· Huic Sigiſmun
dus exercituz admouit Ziſcha
autem /in eum copias ducente:
turpi fuga receſſit· nec diu poſt
ea bohemiani quoq₃ reliqt· Zi
ſcha ad pelzinam duxit· Sz cuz
ciuitatem egregie defenſam ex
pugnare dſperaret· inde ſoluēs
comitauiam pecijt· non pui no
minis opidum· Quo vi capto
populares cum ſacerdotib⁹ in
edibus ligneis recluſos· fruſtra
veniam petentes exuſſit· Cum
vero ante oppiduz cui rabi no
men eſt· cōuocatis fratrib⁹ tha
boritis τ orebitis caſtra teneret
obſeſſoſq₃ ſumma vi obpugna
ret: oculum quo vno lumen ce
li videbat· ſagitta confoſſ⁹ ami
ſit· Inde pragam ad medicos
vectus· q̄uis ex vulnere curat⁹
vitam retinuit· lucez tamē haut
quaq₃ recuperauit· Nec propte
rea caſtrenſem laborem· aut rei
militaris curaz dimiſit· Ceco po
pulo· cec⁹ placuit ductor· Res
apud poſteros plus admiratio
nis habitura· q̄ fidei· Pragen
ſes autem peronaz· vbi magnū
inerat Sigiſmundi preſidium·
armis ceperunt: et paucis vita
reſeruatis· puberes vtriuſq₃ ſe
xus interemerunt· Expugnarūt
τ brodam theutonicam· interfe
cto preſidio: mox cuthnam plu
reſq₃ alias ciuitates dedentib⁹
opidanis in poteſtatem accepe
runt· Cum vero ad oppidū cui
pons nomen eſt· τ a miſnenſib⁹
poſſideretur· copias ducerent:
occurrentibus ſaxonibus· non
audentes congredi· redierunt·
¶ Poſt hec Sigiſmundus ele
ctoribus diem ſtatuit· vt in cele
britate diui Bartholomei ad oc
cidentalem plagam bohemiaz
cum copijs ingrederentur: ipſe
ad orientale latus cum hunga
rorum exercitu aggreſſur⁹· Ve
nere maguntinus archiepiſco
pus et Colonienſ· Comes pala
tin⁹ rheni· Saxōie duces· Mar
chio brandenburgenſis· et plu
rimi ex alamania pontifices· ce
teri ſuos miſere· Caſtrametati
ad opidum Sozium· munitiſſi
mum locū· expugnare non po
tuere· Vaſtatus eſt vndiq₃ p cir
cuitum ager· cōtinuata obſidio
ad feſtuz vſq₃ ſancti Galli: tūq₃
ſoluta cum Sigiſmundus ad p̄
miſſum diem non adeſſet· Ille
autē collecto ex hungaris· auſtri
alibus ac morauis exercitu circa

ſollempnia dominice natiuitatꝭ
bohemiam intrauit · et aliqua
opida vi ceperit : cuthnenſes ꝑ
deditionem accepit · Sed irru-
ente in ſe ziſcha q̄bus ceco · paui
dus trepiduſqꝫ multꝭ ex ſuis in-
terfectiſ nobilibus · ⁊ amiſſis im
pedimētis effugit · Prius tamē
cuthnam exuſſit : quam thabo-
renſes propter argentifodinas
crumenaꝫ antichriſti vocabant
Ziſcha itinere vnius diei impe-
ratorem ſecutus · magna fugien
tium preda ditatus eſt · et opi-
dum brodam quod theutonico
ruꝫ vocant · vi captum incendit
quod poſtea xiiij · forme annis
ſine habitatore permanſit · Im-
perator amnem iglariam pon
te tranſmiſit · pipo florentinus
qui equites in eam expeditionē
xv · milia ex hungaria duxerat · ꝑ
glaciem iter habuit : que multi-
tudinis pondere diſſoluta · mul
tos mortales in profundum ra-
puit · Hac victoria elatꝰ Ziſcha
magis ac magis in eccleſias de
ſeuit · Nec iam amplius vllam
pati aut ſtatuam ſanctoruꝫ · aut
picturam poterat : nec tolleran-
duꝫ eſſe putabat · qui priſco mo-
re ſacerdotalibus indutus veſti
bus · rem diuinam ꝯficeret · Ob
quam rem maiores q̄ꝫ prius · in
ter eum et regni proceres · inimi
citie oborte · Conſules vero pra
genſes inſolentiaꝫ Iohānis a-
poſtate premōſtratēſis inequo
ferentes animo · euꝫ in pretori-
um vocauere · et nouem ſimul
ſcelerum principes : tanquaꝫ de
re publica cum his aliquid ac-
turi · Intromiſſoſqꝫ ſtatim gla-
dio percuſſere : et quaſi nihil ac-
tum eſſet · pacatam ciuitatem ar
bitrati · domos quiſqꝫ ſuas peti
erunt · Sed miniſtri parum cau
ti · dum atrium aqua proluunt
cruorem interemptorum per a-
queductum in forum tranſmi-
ſere · Eo viſo · non latuit popu-
lum res geſta · Tumultus eue-
ſtigio factus · expugnato arm is
pretorio · xj · ꝓmarij ciues qui rei
auctores putabantur · occiſi : col
legium Karoli direptum · et no
bilis bibliotheca diſiecta · Mu-
lieres que Iohannem monach
um veluti diuinum habebant ·
caput eius intercipientes · plu-
ribus diebus vlulantes · per vr
bis eccleſias circumtulerunt : be
atum vociferantes · ſanctum · et
deo plenum virum · qui pro ve-
ritate et patrum traditionibus
occubuiſſet · Contra vero ſacri-
legos nepharios atqꝫ homini-
bus odibiles qui ſacro et opti-
mo ſacerdotiꝭ manus iniecissent
poſtremo inter ſacraſ reliquias
aromatibus conditum Iohan
nis caput obtinuere · Per ideꝫ
tempus caſtellum purgellinum
in quo paruuꝫ Sigiſmūdi erat
preſidium · et quo multi pragen
ſes recte fidei cultores · cū liberꝭ

ꝛ vxorib⁹ cōfugerant· per in cu
riam arſit: qui ſuperfuerūt incē
dio·pelzinā ſe ꝓtulere· ¶ Hijs
actis nonnulli bohemoꝝ regu-
li·ꝛ conſulatus prageñ·legatos
ad vitolduꝫ Lutuanie ducē mi
ſere·eūqꝫ ſibi regem aſciuerūt:
aduerſante Ziſcha·eiuſqꝫ factiō
ne·qui liberis hominibus regē
habenduꝫ eſſe negabat·et eum
potiſſime qui gentiuꝫ ritu viue-
ret· Vitoldus Sigiſmundum
corbutū·cum duobus milibus
equituꝫ in bohemiaꝫ miſit·Qui
apud pragenſes magnis excep
tus honoribus·ciuitatem breui
ad melioreꝫ formaꝫ redegit: no
bilibus·et qui quiete viuere vel
lent·blandus atqꝫ amic⁹·in inſi
dioſos ꝛ facinoroſos aſperrim⁹
vindex· In huius aduentu mu
nitiſſimum caſtellum in monte
ſituꝫ obpugnare placuit·quod
lapideꝫ caroli vocant· Hic Si-
giſmundus·iiij·centurias mili-
tum preſidio liquerat· Caſtra
tribus locis poſita ſūt· obſidio
ſex ducta mēſib⁹: neqꝫ die neqꝫ
noctu omiſſa oppūgnatiō·quiqꝫ
baliſte maiores ingentia ſaxa ꝑ
omnes horas itra menia iacta-
uerunt· vaſa circiter duo milia
cadaueribus ꝛ humano excre-
mento plena in omnes emiſſa·
tantum miſeris obſeſſis fetoreꝫ
attulere: vt omnib⁹ infectis dē-
tes aut deciderent aut nutarēt·
Tollerauerunt tamen forti ani
mo·ꝛ in hyemē vſqꝫ protraxere
certamen: accepto claꝫ ex praga
medicamento quo dentes con-
tineri poſſent· Fons erat extra
menia in medio prerupte rupiſ
vnde aquaꝫ opidani neceſſariā
hauriebant: ꝛ turris deſuꝑ ve-
tuſta·qua tuerentur aquantes
Hanc pragenſes diruere machi
nis conabantur· Fama ē in po
teſtatem obſeſſoꝝ primarium
quendam inter pragenſeꝫ ciuē
caſu factuꝫ·eumqꝫ in turris cul
mine deligatuꝫ·dato per irriſio
nem in manu flabello·quo lapi
des baliſta miſſos q̄ſi muſcas
abigeret·parſuros quippe con-
ciui ſuo prageñ·arbitrabantur
Illos nulla miſericordia flexos
ſaxa ingentia q̄plurima proie-
ciſſe: homineꝫ vero cum dieꝫ in
tegram intactus perſeueraſſet·
hoſtiuꝫ magis miſc̄dia·q̄ ciuiū
ſuorum humanitate ſeruatum·
Interea Fredericū brandebur
genſeꝫ principē· magnis copijs
bohemiaꝫ ingreſſum· longe la
teqꝫ predas agenteꝫ· pragenſes
ab obſidione diſcedere compu
liſſe: Vitoldū vero· rogatu vla-
diſlai polonie regis· qui cum ſi
giſmundo ceſare in finibus hū-
garie conuenerat·patruelem ſu
um corbutū ex bohemia reuo-
caſſe· ¶ Putauit ea re Sigiſmū
dus hereticos externis auxilijs
deſtitutos·mox imperata factu
ros·Sed longe deceptus·Naꝫ

illi magis ac magis inſoleſcen-
tes. ſubactis intra regni fines ca-
tholice fidei cultoribus. exerci-
tum extra bohemiā duxere. vici
nas longe gentes ppłati. Ferūt
Ziſchā in auſtriā profectuꝫ. cū
agreſtes armenta queqꝫ naui-
bus in inſulā danubij tranſpor-
taſſent. vitulos. ſueſqꝫ nōnullos
per negligentiaꝫ in villis dimiſ-
ſos. ad ripā fluminis tādiu de-
uerberaſſe. donec pecus inſulā
depaſcens. mugituꝫ. grūnitūqꝫ
audiens. deſiderio ſimil' animā
tis fluuiū trāſnatauit: eoqꝫ mo-
do magnā predā abactaꝫ. Per
idem tempus Sigiſmund⁹ im-
perator Alberto duci auſtrie ge
nero ſuo morauiā. ne defenſore
careret. dono dedit: q̄uis iā ple
riqꝫ illius prouincie ꝓceres. ad
huſſitaruꝫ inſaniam defeciſſent
¶ Eo quoqꝫ tp̄e Eric⁹ rex da-
cie. ⁊ infans petr⁹ regis portu-
gallie familiaris. Germanus ia
cobi Cardinalis Sancti Euſta
chij excellentis ⁊ clariſſimi viri.
imp̄atoreꝫ accedētes: ambo rei
militaris peritiſſimi. exercitum
eius ⁊ copijs ⁊ auxilijs auxere
Ob quam rē caſtra ad Iutem-
burgā morauie opiduꝫ. huſſita
rum peſte infectū. ſtatim poſita
obſidio tribus menſibus eo lo-
co ducta. Eques apud pragen-
ſes cognomēto aqua ſatis epu-
lētus fuit. ⁊ inter ſuos ciues au
ctoritate preditus. Is ſororis fi
lium nomine procopiū cū ſobo
le careret. i ſuū adoptauit. eūqꝫ
grandiuſculū. ad Galliam. Hi-
ſpaniā. Italiam. deniqꝫ hieroſo
limā. ſecum adduxit: reuerſus
in preſbyterū ordinari curauit.
Qui ſurgente in patria huſſita-
rum nouitate Ziſche adheſit.
⁊ cū eſſet robuſtus ⁊ manu ꝓm-
tus. nulliuſqꝫ fugax labor'. ma-
gno loco apud eum habitus. ꝑ
mos duxit ordines: malus
malo optiſſimus. Hic eſt ille ꝓ-
copius. qui poſtea ob res fortit'
geſtas magni cognomen obti-
nuit. Huic ꝓuincia morauie cō-
miſſa eſt: ⁊ Iutemburgenſium
defenſio. Qui non praua mili-
tum manu accepta. inuitis obſi
dentibus. cōmeatum in obſeſſū
oppiduꝫ importauit: Irritamqꝫ
Sigiſmundo fecit obſidionem
¶ Dederat imp̄ator Marchio
nibus miſnenſibus. pontem. ⁊
auſcaꝫ. ſuper albim fluuium: vt
eas ciuitates preſidio tuerent'.
Obſederunt auſcam Ziſcha ſi-
mul cum pragenſibus. Frederi
cus Marchio Miſnenſ. pater
eoꝝ q̄ modo prouinciaꝫ regūt.
⁊ frater eius Lantgrauius thu
ringie. collecto ex ſaxonia. thu-
ringia. miſna. ⁊ vtraqꝫ luſacia.
milite: obſeſſis auxiliū ferre ſta-
tuerunt. Cōmiſſum eſt añ vrbē
prelium. incerta diu victoria pe
pendit. cum fortiſſimi vtriqꝫ ca
derent: ⁊ nunc illi. nūc iſti victi

victoreſq; viderentur. Ad extre
mũ ceca cecuz ſecuta. penes he-
reticos fuit. Burggrauij miſnē
ſes τ chirpogenſes. et comites
glicēſes. multiq; nobiles in eo
prelio ceciderunt. Ex quib⁹ ple
riq; piectis armis. flexis genib⁹
fruſtra ſupplice 3 vitaz pecierũt.
Nouem milia ea pugna ex fide
libus ceſa: auſcha capta. τ fun-
ditus deleta Elatus ea victo
ria Ziſcha. inſolentius in dies
agere. eccleſias paſſim delere ſi
q̃ reſtabant. ſacerdotes qui mo
re maioꝝ ſacra pagerent crude
liter pſequi. nobilibus infenſuſ
eſſe. ciuitatib⁹ grauia impera-
re tributa: pragenſium q̃ detrec
tarant eius impiuz. vicos τ vil-
las incendere. Ob q̃s res pra-
genſes baronum auxilio freti.
aduerſus eũ copias eduxere Il
le cum ſe armis imparem anim
aduteret. ad albim vſq; profu-
git. eratq; pene ꝯprehenſus: ni-
ſi pater Georgij eius. qui nunc
regno potit. poggiebraciũ oppi
dum tranſitũ ſibi pbuiſſet. Nec
ſic ſua res tuta facta eſt. Fuckt τ
hoſtibuſ alio loco pontes p q̃s
albim tranſmiſeruut: ſed pragē
ſes fugientis vltimũ agmen in-
ſectati. cõplures thaboritas ne-
cauere. Peruentũ eſt deniq; ad
montes. Vbi ziſcha vallē igreſ-
ſus. cum loci anguſtias eas cē
noſſet. in qb⁹ explicare hoſtes
ſuas acies minime poſſent. ſta-
re ſignifeꝝ iuſſit. Exin ꝯmilito
nes pro tpe hortatus. pugne co
piam fecit. Certamen atrox cõ-
miſſum: victor ziſcha tria milia
pragenſium cecidit: reliq̃s in fu
gam ꝟtit. Nec moratus. cuthnã
a pragenſib⁹ inſtauratã. iterum
vi cepit. atq; incendit: et q̃ pra-
genſes inerant eodez igne aſſũ
pſit. Mox ſucceſſu rerum tu
mens. infeſtis ſignis pragaz pe-
cijt: τ ad ſagitte iactũ caſtrame
tatus obſidere vrbē cepit. Erãt
τ in ciuitate τ in exercitu pluri-
mi. qui h diſſidium deteſtaban
tur: τ alij ziſcham alij pragēſes
accuſabãt. In caſtris quoq; tu-
multuatũ eſt. dicente milite. in-
digne eſſe eam vrbē armis pmi
q̃ caput regni eſſet. neq; de reli
gione ſecũ diſſentiret: caſuram
breui bohemoꝝ potentiaz. ſi ſe
hoſtes diuiſos norint. Materiã
belli ſatis magnam a romano
impatore pberi: ſtultũ eſſe ꝯſili-
um in ſe arma ꝟtiſſe. Accepit zi
ſcha q̃ vulgo dicebant: τ aduo
catã in ꝯcionem mltitudinem.
vas vinariũ qd forte aderat cõ
ſcēdens. nolite inq̇t amari ſup
me fieri frēs. τ hoiez accuſare q̃
vob ſalutē peperit. Recētes vi-
ctorie ſunt. quas me duce conſe
cuti eſtis: nunq̃ ego in aliquez
locum vos duxi. vnde victores
non rediretis. Vos clari. vos
diuites. ego veſtri cauſa lumen
amiſi. τ iaz in tenebris ago: nil

michi ex tot bellis feliciter actis niſi nomen inane ſupereſt. Uobis pugnaui. vobis vici. nec laboris penitet. Nec mihi cecitas dura: niſi q rei noſtre priore ex more conſulere nequeo. Nec ego prageſes mei cauſa pſequor ipſi veſtrū ſanguinez. non meuz ſitiunt. Parū eis fuerit me iam z vtroq caſſuz lumine perdidiſſe: veſtras illi manus timent. et fortes in periculis animos Aut vos certe. aut illos perire oportet: qui dum mihi parant inſidias. vr̄as animas expetunt. Domeſtica nob arma timenda magis q̄ externa: ciuiles auferre ſeditiones oportet. Pragam prius expugnabimus. ſediciosoſq ciues exterminare licebit. q̄ Sigiſmundo diuiſionis noſtre nūcius afferri poſſit. Cum paucis eiuſdez animi. tu ciuis imperatorem expectabim⁹: q̄ ſi nobiſcuz dubij pragenſes in caſtris militent Uerū ne me amplius accuſetis. liberam vobis conſulēdi facio poteſtatez. Si libet pragēſibus pacem dare. non abnuo: inſidie modo abſint. Si belluz decernitis: preſto aſſuz. In vtrāuis ptez declinaueritis: Ziſcha veſtri conſilij adiutor erit. Hijs dictis. mutati militū animi. bellum ꝯcreuere. multitudo arma capere. feſtinare. muros adire. prouocare hoſtem: pro porti vrbis pugnam ciere. egredientes ciues in vrbez repellere. Ziſcha ad oppugnationem vrbis cuncta parare.

## De iohanne Rochezana pſbytero heretico.

### Capitulum. XLV.

Oppidum eſt pragenſis eccleſie. nō longe a pelzina: cui Rochezana ē nomē. Ex hoc loco puer obſcuris parentibus. cenſuq tenuiſſimo natus Johannes nomine. pragam venit: mendicatuq victū querens. grāmaticam z dyaleticaz didicit. Cum adoleuiſſet nobilis cuiuſdaz pueri pedagogus factus eſt: z cum valeret ingenio linguaq promptus eſſz. in collegio pauperū recept⁹. auditor iacobelli fuit. Poſtremo p̄ſbyter ordinatus. predicare verbū dei pragenſibus cepit. ex oppido vnde ortum habuit. rochezane. cognomen ducens. Et iaz nomine et auctoritate valebat: cum Ziſcha pragaz obſideret. Exijt ergo cōſencientibus ciuibus: z in caſtra profect⁹ ciuitati ziſcham conciliauit.

## De morte Johannis Ziſche.

### Capitulū. XLVI.

Sigiſmūd⁹ āt vbi ziſche cuncta ex ſnīa cedere animaduītit z iā illū eē vnū exq̄ res

bohemie penderent· clā ſibi euz
conciliare temptauit: guberna-
tionē totius regni milicie qꝫ du
catum · ⁊ ingens auri pondus
quotannis promittens · ſi ſe re-
gē nominaret · ⁊ in verba ſua ci
uitates iurare cogeret · Magnā
profecto regie maieſtatis igno-
miniā · ⁊ imꝑialis glorie dedecꝰ
atqꝫ infamiā reipublice chriſtia
ne ſempiternam · Sigiſmundū
pluribꝰ annis ꝓuectum · ex im-
peratoribꝰ natū · ⁊ ipſum imꝑa-
torem cuius nomē ytalia · Gal-
lia · Germania · ⁊ oīs europa
venerata eſt · quē barbare natō
nes timuerūt · ſupplicez vidit no
ſtra etas homini haut ex paren
tibꝰ admodū nobilibus nato ·
ſeni · ceco · heretico · ſacrilego · ⁊ i
omne ſcelus audaci · pecuniam
⁊ ſummos honores offerre : vt
ſuarū eſſe partium dignaretur ·
Sed auertit diuina pietas eam
peſtem : ⁊ tm̄ malum · e medio
chriſtianoꝝ eripuit · Naz ziſcha
cōditionibus annuens · dū con
uenta cōpleturꝰ Sigiſmunduz
petit · inter eundem apud caſtel
lum Priſcouiaz · diuinitꝰ vt par
eſt credere peſte tactus · expira-
uit : monſtrum deteſtabileq · cru-
dele · horrendū · importunū · qđ
poſtqꝫ manus humana confice
re non valuit · digitus dei extin
xit · Ferunt illuz cum egrotaret
interrogatuz · quonā loco mor
tuus ſepeliri vellet · iuſſiſſe cada
ueri ſuo pellē adimi · carnes vo
lucribꝰ ac feris obiectari · ex pel
le timpanū fieri · eoqꝫ duce bella
geri : arrepturam fugaz hoſtes ·
qꝫ primum eiꝰ timpani ſonitum
audierint · Thaborenſes · qui re
liquas picturas abhominātur ·
Ziſche tantūmodo · ⁊ angeli cu
iuſpiā calicē manu tentis · effigi
em ſupra portaz vrbis pinxere :
eiqꝫ ſacra quotannis agunt ·

De orphanis hereticis q̄ ſe poſt
mortē Ziſche ſeꝑauerunt a tha
boritis · ¶ Capitulū · XLVII ·

Ziſcha mortuo ingens
meror inuaſit exercitū :
trepidari · lamētari mi-
lites · accuſare fortunā · que du-
cem inuictū · morti vincendū de
derit · Nec mora due factiones
exorte Altera procopiū magnū
quē raſum vocauere · cuiuſqꝫ ſu
pra meminimꝰ · ſibi ducem pre-
fecit · Altera nullū inueniri poſ-
ſe dictitans · q̄ iure ziſche ſucce-
deret · ſelectis paucis q̄ cōmuni
ꝯcilio bellū adminiſtrarent · ſe-
ſe orphanos appellauere : int̄ q̄s
pocior habitus eſt procopiꝰ · co-
gnomento minor · Atqꝫ ita tha-
borite ī duos exercitꝰ diuiſi · alij
vetus nomen retinuere : alijs or
phanoꝝ vt diximꝰ · ob mortē du
cis · inditū nomen · Qui ⁊ ſi ali-
quando inter ſe diſſentirēt : vbi
tamen extrinſecus vis ingruit ·

iunctis viribꝰ in vnis caſtris ſeſe defenderunt. Muro circūdatas vrbes niſi neceſſarioꝝ emendoꝝ gratia raro ingredi: cum liberis ⁊ vxoribus in caſtris vitā agere. Curros ꝙplurimos habere: hijs pro vallo vti. Procedentes ad pūgnā. duo ex his cornua facere: in medio peditatum claudere. ale equitū ext munitiones ꝓpe adeſſe. Vbi ꝯgredi tempus viſū. aurige qui cornua ducerent ad imperatoris ſignū. cōprehenſa ſenſim qua voluerunt hoſtiū parte. ordines q̄drigaꝝ cōtrahere: intercepti hoſtes quibꝰ ſui ſubuenire nō poſſent. partim gladio a peditatu. ꝑtim miſſibꝰ ab hijs q̄ erant in carris viri ac mulieribus necari. Equitatus extra munimēta depūgnare. quē ſi forte quis oppreſſiſſet fugientē mox apti currus excipere: indeꝗ velut ex ciuitate menibꝰ cīcta defēdi eoꝗ modo victorias ꝙplurimas cōſequi. cum eam pūgnandi periciā vicine gentes ignorarent. et ager ille ſeptentrionalis late patens. ad explicandas bigarum q̄drigarūue ordīes ꝑ ydoneus haberet.

Egrediebant̄ duo exercitus. alter Sleſiam alt̄ morauiam ꝓ̄labatur: vicinaſꝗ regiones aſſiduis incurſionibus infeſtabant. Theutones ꝑ circuitum habitantes. alios philiſteos. alios ydumeos. moabitaſꝗ vocabāt: bohemiā terrā promiſſionis eſſe dicebāt. Cūꝗ in proximam prouinciam exiſſent. prius cum preda depopulatis agris reuertebant̄: ꝙ hoſtis cognouiſſet aduentū. Erat ⁊ tercius exercitus. quem fratꝝ orebitarum appellari diximus. Huic auctor fuit bedricus preſbiter ſtamicenſis. natione morauus: qui bellis aſſiduis Sleſiā affectauit. Hic etiā hodie viuit: ⁊ vrbem coloniā appellatā poſſidet. Qui ſpreta religione chriſtiana. calcataꝗ pontificio iure vxorem publice duxit. ⁊ illa mortua alterā ex polonia ſuperduxit: ex qua filios ſue neqcie ſectatores ſuſtulit. Cum obſiderent Suetlā oppidū in auſtria. thaborite ſimul ⁊ orphani duabꝰ noctibꝰ ⁊ vna die abſꝗ intermiſſione menia expugnauere: ſuper veniente autē alberto eius terre principe cum exercitu. vt auxilium oppidanis afferret. pugnatū eſt quatuor ferme horis nutante hinc aut illic victoria. Ceciderunt ex vtraꝗ parte primi bellatores. Poſtremo ita diſceſſum eſt. vt currꝰ ſuos thaborite amitterent. Albertus caſtris exutus abiret: quod negligentia ruperti valenſis factū credidere. qui tū ductor exercitus fuit. Redijt tamen paulopoſt procopius raſus. ⁊ opidum retiū in auſtria celebri obſ

dione cinxit. Pragenſes eius ſi
gna ſecuti: et Boboſlaus cing
neus. cuius ſupra meminimus
qui eo loco ſagitta confoſſus in
terijt. Retium vi captum. direp
tum. atqꝫ exuſtum: in quo mul
ti mortales periere burchgraui
us Madeburgenſis. loci domi
nus. captus. et pragam ductus:
in carcere diem obijt. Hijs ge
ſtis. vocati ab imperatore bohe
morum principes: ad eum vſqꝫ
poſonium profecti ſunt. Id op
pidum hungarie. in finibus au
ſtrie. atqꝫ in ripa danubij ſitum
Neqꝫ ingreſſi menia: in tento
rijs e regione vrb̄ mā ſere Egreſ
ſus ad eos Sigiſmundus. mul
ta de iure ſuo locutus. paternū
atqꝫ auitū regnum repetere. ſi
qua eſſent que prouincialium
mentes ab ſeſe alienarēt ea ab
laturum: bohemis ex quibꝰ na
tus eſſet. pacificum. benignūqꝫ
regem futurum. Illi ſe armis ab
eo ſine cauſa impetitos dicere.
ciues ſuos in Conſtantia cōtra
publicam fidem exuſtos. inau
ditos bohemie primores tanqꝫ
hereticos a Romana eccl'ia dā
natos: regnum ſacris contume
lioſe interdictum: non eſſe tam
exiguam bohemorum potentiā.
que ſuo nequeat honori conſu
lere. Reſponſum a Sigiſmun
do benigne datum ad obiecta:
oblatumqꝫ generale concilium
in quo ſuam innocentiam bohe
mi oſtendere poſſent. ſi ſe vniū
ſalis eccleſie iudicio ſubmittere
vellent.

## De expeditione in Bohemiam: contra hereticos et rebelles per Martinum papam quintum inſtituta Et de infelici pugna contra eoſdem.

### Capitulum XLVIII.

At martinus pontifex
maximus vbi armatā
hereſim creſcere in di
es animaduertit ſ priuſqꝫ peſtis
am plius inualeceret. cardina
lem vintonienſem natione āge
licum regia ſtirpe natum. in ger
maniam proficiſci iuſſit: qui cō
tra bohemicam labem vicinas
gentes in arma concieret. cui et
imperator adiumento fuit. In
ſtituti ſunt tres exercitꝰ. Saxo
nie duces. et quas vocant ſtag
nales ciuitates. in primo milita
uere. ſecundum ex franconibꝰ
conſtitutum. Marchio Brāde
burgenſis ductabat: Tertio p̄
fuit Ottho Threuerenſis archi
epiſcopus. quem renenſes ſecuti
ſunt. Baioarij quoqꝫ et ciuita
tes Sueuorum imp̄iales. Ingreſſi
bohemiam tribus locis: poſtqꝫ
ſiluam penetrauere iūcti ſimul
ante miſſam caſtrametati ſunt.

Hanc vrbem prichicho elenotē ſis · int̃ hereticos ꝗtuz doctior ac facundior · tm̄ crudelitate ac pſidia nequior · precedēti nocte ex fidelium manibus eripuerat Erat igit̃ ꝯſilium exercitus · hāc vrbem prius recupare: q̄z vltra procederent · Sed cum heretici collecto raptim milite in eos ꝑperare nunciarent̃ · nō viſuz hoſtem fugerūt: thacouiamq̄ꝫ petentes · inſtrumenta bellica cum preda ibi dimiſerunt · Nondū cardinalis in exercitu fuerat · ſꝫ ad thacouiā fugientibus occurrens · admiratus eſt tot du cum tot fortium virorum pauidaz fedamq̄ꝫ fugam: magis p̄cib⁹ vt redirent in hoſtem · omni ex pte debiliorem hortat̃ · Qđ cū fruſtra nitereẗ · ⁊ ip̄e turpis fuge comes effectus · Vix ſiluaz ingreſſi erant: cū ſupuenientes bohemi poſtremū agmen laceſſere ceperunt · Facta eſt ꝯfuſior ac pauidior fuga: nec prius theutōes fugere · q̄z bohemi pſequi deſtiterunt · Hoſtes · impedimētis direptis · thacouiā expugnantes · machinisq̄ꝫ bellicis potiti ſunt · Exin miſnam ꝓfati · cum p frāconiam redirent · ne bābergeñ · agꝝ norinbergēſemq̄ꝫ vaſtarēt · pecunia placati: diuitem exercitum reducere · Sigiſmund⁹ hijs cognitis · norenburgam ꝓfectus · noua principum auxilia compat · Martinus ꝙ pontifex maximus julianum cardina'eꝫ Sancti angeli · lr̄is ac moribus excellentez · cum ea legatione in theutoniam mittit · vt bohemis bellū inferat: ⁊ aduemente tempore in Baſilieſi concilio qđ ꝑpe diē futuꝝ erat · noīe apoſtolico pſideat · Is germaniā ingreſſus · mox norinburgā ad Sigiſmunduz ſe ꝯfert · q̄ in loco pfrequentes germanoꝝ reguli ꝯuenerāt · Decreta ē noua in bohemos expedicio · ad vij · kalenđ · Julij · dux belli Frederic⁹ marchio Brandeburgeñ declaratus: q̄ cardinalem ſequereẗ · Ingreſſus ē bohemiā · p viaz q̄ ducit ad teplaz · In ea expeditione Albert⁹ ⁊ xp̄oferus baioarie · ⁊ Fredericus ſaxonie duces fuere · Johannes ⁊ albert⁹ brandeburgenſes p̄ncipes · cū pr̄e quē penes belli ſumma erat · Herbipoleñ Babenbergeñ Eiſtetēſis epi Societas Sueuoꝝ quā ſancti georgij vocāt · ⁊ impialiū ciuitatū · Maguntin⁹ · Treuerēſis ⁊ colonieñ antiſtites · auxilia miſerunt: ⁊ cū hijs ꝓuinciarum ſuaꝝ p̄mores · ſupra q̄draginta milia equitū fuiſſe tradūtur · Peditū minor erat numer⁹ Nā germani patentib⁹ freti cāpis · equeſtres plerūq̄ꝫ pugnas agitant Promiſerat ⁊ renatus Lothoringie principes · in eam expeditionē ſeſe ventuꝝ Sꝫ domeſtico bello implicat⁹ · dum co

mitē videmontenſem oppugna-
re nititur: neqꝫ promiſſo ſatis fi-
eri poteſt. neqꝫ comes palatin⁹
rheni. qui videmontenſi opem
tulit. aduerſus bohemos ire p-
mittitur. Cardinalis dū eos op
peritur ad kalendas vſqꝫ augu
ſti profectionem ſuſpendit. Alb-
tus interea ex auſtria ducēs cū
ad dictum diem adeſſe cardina
lem minime intelligeret. impar
bohemice potētie retroceſſit.
Ingreſſus deinde cardinalis.
numeroſum exercitum ductans
multas hereticorum villas incē
dit. opidaqꝫ diripuit: in quibuſ
nō auaritia tantum. verum cru
delitas etiam militum graſſata
eſt. qui mares cum feminis ob-
uios. ſenes pueroſqꝫ. paſſim ne
cauere. In extremis tamen re-
gni partibus ea calamitas deſe
uit: cum duces copiaruꝫ interio
ra petere formidarent. Bohe-
mi qui iam pridem hoſtem affu
turum acceperant expeditas in
armiſ legiones coegerāt: et vbi
fidelium domicilia reperiebant
ea ferro atqꝫ igne vaſtabāt. In-
ter que Stiluergium opidum
ab orphanis expugnatuꝫ ac di-
reptum. puberes ad vnum ne-
cati. Interea ſiue proditio in ex
ercitu fidelium fuit. quod pluri-
mi putauere. ſiue inaniſ ſua ſpō
te mentes hominum pauor in-
uaſit. totis caſtris trepidatū eſt
et priuſqꝫ hoſtis vllus i ꝯſpectu
daretur. fediſſima cepta fuga.
Mirari Julianus vnde hic ti-
mor. que ratio tantum exercitū
fugere ſuaderet. ambire duces.
hortari. arma expedirent. acieꝫ
inſtituerent: forti animo hoſtem
expectarent. Non de regni glo-
ria aut agrorum poſſeſſione cer
tari: de vita. de religione. de xp̄i
honore. de animaruꝫ ſalute bel
lum geri. Turpe germanis eſſe
quorum nobilitatem virtutēqꝫ
totus orb celebraret. ex p̄lio fu
gere mori ſati⁹. q̄ꝫ hoſti nō dū vi
ſo cedere. Neqꝫ ſecure intra me
nia habitare poſſe: q̄ cāpos ho-
ſti relinq̄ret: arma viros nō mu
ros tegere. Niſi gladijs mō lib
tatē ſuā tueanꝫ. aut caſuros bre
ui hoſtili ferro. aut ſuitutē mor-
te miſeriorē laturos. Sꝫ fruſtra
apd eos cohortatio fuit: q̄s pu-
dorē met⁹ euicerat. Ablata ſunt
raptim ſigna: ⁊ tanq̄ꝫ null⁹ eſſet
in exercitu ductor. tumltuoſe q̄ſ
qꝫ nō expectato iperio. non ſal-
uato comite. mlti etiā p̄iectis ar
mis nō alit q̄ꝫ ſi hoſtis a tergo
inſtaret. rapido curſu fugā ma-
turauere. Quib⁹ ⁊ cardinal' in-
uitus ſeſe comitē dedit. Hoſtis
paulopoſt ex metu alieno fact⁹
audax affuit: ipedimētiſqꝫ oīb⁹
q̄b⁹ p ſiluā nō erat facil' exit⁹. et
ingēti p̄da potit⁹ ē. Albert⁹ ta-
mē cū accepiſſet itraſſe bohemi-
am cardinaleꝫ. ⁊ ip̄e iteꝝ ex au-
ſtria coactiſ copijs in hereticos

duxit: prezorouiamq3 munituz
opidum oppugnare adorſus eſt
Sed fuga cardinal' ꝯgnita · ab
incepto deſtitit: et per morauiam
que nondum ei parebat infeſta
ſigna circūferens · ſupra quingē
tas villas ferro atq3 igne dele
uit · Opida multa vi cepit atq3
diripuit: mortalium maximam
cedem fecit · Adeoq3 gentem il
lam afflixit · vt iugum eius acci
piens · parere ſibi ea lege promi
ſerit: vt circa religionez id ſequi
teneretur · quod Baſilienſe con
cilium decerneret ·

**De Inchoatiōe Baſileñ conſi
lij · Et vocatōe bohemoꝝ ad ip
ſum Cōſilium · vt fidei ſue ratio
nem redderent · Ca · XLIX ·**

Exactus ex bohemia le
gatus baſileam ſe con
tulit: ibiq3 conciliuz ce
lebrauit · Sigiſmundus qui per
tempus expeditōnis norenber
ge ſe ꝯtinuerat · ad coronaz impe
rij Rome ſuſcipiēdā iter ingreſ
ſus · primoribus regni bohemie
lr̄as dedit: in quis ſcriptuz erat
ſe natione bohemū · nulli genti
magis ꝙ ſue affectum · Romaz
nō aliā ob cauſam petere · ꝙ co
rone ſuſcipiende grā · Id deco
rum bohemoꝝ genti accedere:
cui⁹ honeſtāde ſibi maxima ſem
per cura fuerit · Ceptum eſſe iaz
ſua opera baſilee conciliū · hor
tari eos qui ſe audiri de religio
ne cuperēt eo ꝓficiſci · nec plus
ſapere vellēt · ꝙ mat' eccleſia ca
tholica · audituꝝ benigne ꝯuen
tum rationes eorum · tm̄ operaz
dent · vt cum ſynodo de religio
ne conueniant: ſibiq3 redeunti
paratum regnum reſeruēt: Ne
q3 eñ arbitrari ſe bohemos ei⁹
imperium fugere · cuius pat: fra
ter · au⁹ · apd eos regnauerit: Nec
ſe alia lege regnaturum: ꝙ cete
ri xp̄iani reges · Scripſit et ipſa
Baſilieñ ſynodus bohemis · vt
legatos mitterent qui fidei ſue
rationem oſtenderent: ſecurita
tem itineris · et dicendi que vel
lent libertatē ꝓmittens · Fuerūt
inter bohemos due ſentētie Or
phāi et thaborite · et plebeſ ferme
omnes · eundum eſſe negabant
Johannis et Iheronimi exem
plum in medium afferētes · qui
conſtantiam ad ſynodum pro
fecti · ſub fide Sigiſmundi · pub
lice ꝯbuſti fuiſſēt · Nobilitas vo
Mainardū ſecuta principē no
ue domus virum cordatū et in
genio dextro · petendum eſſe cō
cilium prorſus aiebat: nec tolle
randos videri qui nouas pere
grina ſue de fide ſētētias · nouū
q3 ritum religionis inueniſſent
niſi dictorum factorūq3 rationē
vniūſali eccl'ie redderent et que
vulgo inculcauerant · coram do
ctis deferrent · Vicit hec ſenten
tia: legatio ccc · equitum baſile·

am miſſa. Cuius principes fue-
re. wilhelm⁹ coſta. non tã eque-
ſtri dignitate ꝙ eccleſiarum di-
reptione inſignis. Procopius
cognomento raſus. idẽ magn⁹
multis victorijs magniſqꝫ ſcele-
ribus nobilitatus. Johãnes ro
chezana pſeudo pragenſium a-
poſtol⁹. Nicolaus galecus ta-
boritarum ſacerdos. et Petrus
anglicus patria profugus. ac ſo
lis elenchis in diſputatione cõ-
fidens. Effuſus extra menia vr-
ban⁹ popul⁹. ex ſynodo quoqꝫ
ꝯplures. aduentum fortiſſime
gentis pro portis expectauere.
Alij frequentes in plateas qua
tranſitus eſſet conuenire: Ma-
trone pueri puelle feneſtras at-
qꝫ tecta complere. Alij hũc alij
illum digito deſignare. peregri
nos habitus. non viſa pri⁹ veſti
menta mirari. horribiles homi-
num facies. truces notare ocu-
los. nõ eſſe alienuz dicere ab ea
hominũ ſpecie facta. que fama
ꝑdiderat. In vnũ tamẽ cuncti
ꝓpriũ defigere lumia. illũ eẽ q̃
totiens fideliuz fudiſſet exercit⁹
q̃ tot opida ſubũtiſſz. tot homi-
nũ milia neci dediſſz. quẽ ſui pa
riter atqꝫ hoſtes metuerent: in-
uictum ducẽ. audacẽ. intrepidũ
neqꝫ labore. neqꝫ timore ſupe-
randum.

Oratio Juliani Cardinal'. ad
bohemoꝝ legatos. Reſpõſiua
qꝫ eorũdẽ. Cap. L.

Exceptos bohemorũ le-
gatos hoſpitalit'. poſtri
die in cõciõe accerſitos
Julian⁹ Cardial' benigne allo-
cut⁹ ⁊ lõga ⁊ luculenta oratõne
que ad huc extat. ad ea que pa-
cis et vnionis eſſent cohortatus
ẽ: eccleſiã xp̃i ſaluatoris ſpõſam
omniũ fideliũ matrẽ eẽ dictitãs
claues ligãdi atqꝫ ſoluẽdi habẽ
re. cãdidã ſine ruga ſine macu-
la. in his que neceſſaria ad eter
nã vitã eſſe credũtur errare nõ
poſſe. Qui eã cõtẽpſerit. alienũ
ꝓphanũ ⁊ q̃ſi ethnicũ. publica-
nũqꝫ cẽſendũ: eam nuſq̃ meli⁹
ꝙ in generali cõcilio repñtari
Statuta cõcilioꝝ eccleſie placi-
ta exiſtimari. cõcilijs nõ minus
ꝙ euangelijs credi oportere: q̃-
rũ auctoritate ⁊ ipa ſacraꝝ lr̃aꝝ
eloq̃a precepta ſunt. Bohemos
q̃ ſe filios eccleſie dicerẽt. voces
matris audire debere. que filio
rũ obliuiſci nõ põt: eos iã ꝓdez
ſeorſum a matre vixiſſe. neqꝫ id
nouũ eẽ. Cõplures aliquando
fuiſſe. q̃ matrez reliq̃re: redijſſe
tamẽ qui ſalutem optauẽre. Re
gnante diluuio omnes periſſe
qui extra archam remãſere: do-
minicuz agnum in vnis edibus
comedenduz: extra eccleſiaz nõ
inueniri ſalutẽ. Hãc eẽ cõcluſuz
ortũ. Signatũqꝫ fõtẽ: cui⁹ aq̃m
ſi q̃s biberit: nõ ſitiet ineternuz
Ex re ſua ſapuiſſe bohemos.

qui eius aque fluenta apud cō-
cilium requiſierint: matrēq; tā-
dem audire ſtatuerint. Faceſſe-
re iam odia debere. ponēda eē
arma. omnemq; belli materiaz
procul abiciendam. audituros
benigne patres quecunq; bohe
mi pro ſua cauſa dicere velit. tā-
tum parati animo ſint. ne bene
conſulta ſancte ſynodi conſilia
reſpuāt. quibus non bohemos
tantū. ſed omnes xp̄ifideles cō-
quieſcere oportet. ſi modo eter-
ne vite participes eſſe velit. Au-
dita eſt cardinalis oratio ſum-
mo patrum conſenſu. bohemi
pauca reſpōdere quibus par fa
cundia non eſſet. ſe neq; conci-
lia neq; eccleſiam contempſiſſe
aduerſus inauditos ſententiaz
cōſtātie latam. nihil de religiōe
xpiana dethrahere incorruptaz
apud ſe patrū auctoritatez ma-
nere. qd cunq; bohemi aſſerant
ſacris litteris atq; euāgelio con
firmari: veniſſent vt innocētiam
ſuam vniuerſali eccleſie patefa-
ciant. peterēq; publicā audienti
am in qua layci q̄q; adſint. Ne-
q; id negatū. Interrogati que
nam illa eſſent. in quib⁹ a Ro-
mana eccleſia diſſentirent: qua-
tuor articulos pp̄oſuere. De cō
munione diuīe euchariſtie: quā
ſub ſpecie panis. et vini ſummē-
dam his qui ſalui eſſe velint ne-
ceſſario affirmabant. De ciuili
dominio: quod clericis interdi-
ctum diuina lege dicebant. De
predicatione verbi dei: quam li
beram p̄miſſamq; paſſim omni
bus arbitrabant̄. De publicis
delictis. que nulla ratione tolle-
randa putabant: etiaz maioris
mali vitandi gratia. Naz q̄uis
plurima ſint que huſſitarū per-
fidia adū̄ſus catholice fidei ve-
ritatē aſtruere ac predicare nō
dubitat. coram concilio tamen.
doctorumq; patrum cetu. hec
tueri tantummodo poſſe arbi-
trati ſunt: eaq; regni nomīe di-
cta. Veruz cum legatus alia de
bohemis accepiſſe ſe affirmaret
que chriſtianas aures offende-
rent. inter que illud eſſet. q̄ reli-
giones mendicantium inuentū
eſſe dyabolicum predicarent: aſ
ſurgens procopius. neq; hoc fal
ſuz eſt inquit. Nā ſi neq; Moy
ſes. atq; ante eum patriarche.
neqz poſt eum prophete. neq;
in noua lege chriſtus dominus
neqz apoſtoli mendicātes inſti-
tuere. quis nō intelligit dyabo-
li tenebrarumqz opus eſſe? Ex
cepta eſt ingenti cachinno pro-
copij vox: legatus vero vt erat
manſuetiſſimis pater. argumē-
tationem indocti hominis pla-
cide diſſoluit. Neqz enim pro-
phetarum patriarcharūqz pla-
cita. & que xp̄s inſtituit. que ſan
xerūt apoſtoli. dumtaxat a deo
eſſe docuit. verū eccleſie quoqz
decreta que ſancto dirigēte ſpi-

ritu ducitur. opera dei eſſe mõſtrauit: Quiſ et aliunde mẽdicãtium vita ex euangelio ſumpta videri poſſit. Selegerunt bohemi quatuor magiſtros. qui ſuoſ articuloſ ex diuia lege ſumptos oſtenderent: qui eos confutarẽt ex cetu patrũ totidem aſſumpti viri preſtantes. et ad dicendum parati. Diſputatum eſt quinquaginta diebus: multa in vtranque partem adducta. Poſtremo cũ victa huſſitarum perfidia vinci nollet. ad tractatus ventum: tẽptatũ. ſi fortaſſe amice trahi poſſent. Miſſi et oratores ex concilio in bohemiam: viri doctiſſimi. et qui gentis verſutiam noſſent Multa cum bohemis agitata: nunc pacis ſpes facta. nunc belli metus.

De victoria bohemorum fidelium. et debellatione morteque procopij. ac aliorum hereticorum. Cap. LI.

Dum hec aguntur. thaborite et orphani Mainrado ceteriſque nobilibus infenſi eſſe ceperũt. eorũque ſuſpectas actiones habere: tãque conſilio auſcultarent. Neque vana opinio. Conuenere nanque ſepe inter ſe barones. errorem ſuum recognoſcere. miſeros ſe dicere: qui cum regis imperiũ abdicauerint. procopij iugum ferãt Illum dominum eſſe. illum pro ſua libidine prouintiam regere. vectigalia exigere. tributa imponere. delectum habere militum exercitum. quo velit ducere. rapere. ſpoliare. occidere. nullum pati qui ſuis conſilijs aduerſet nobiles iuxta. atque ignobiles. eius mancipia eſſe. Nullum hominũ genus infelitius eſſe bohemis. quos ſemper ĩ caſtris verſari oportet: eſtates atque hyemes ſub diuo agere. in duro iacere ſolo arma in omnes horas verſari: nunc ciuilibus bellis. nunc externis agitari. aut bellum geri. aut belli metum impendere. Excutiendum tandem crudelis tyranni iugum. neque ferendum: vt qui ceteras gentes armis vicerit procopio ſeruiant. Placet acerſire publice conuentum procerum et ciuitatum. in quo regni ſtatus reformet. In eo mainarduſ. ei regno bene eſſe dicit: in quo neque per ocium marceant homies neque per bellum atterent. Bohemos hactenus expertos fuiſſe quietis. attritum aſſiduis calamitatibus regnum: periturum breui niſi occurrat. Incultos iacere agros. homines atque armẽta ſẽſim deficere. id accidere qđ omnia ĩ poteſtate vnius ſita eſſent. qui ſine concilio procerum ciuitatumque: pro ſuo arbitrio rẽgerit. Illi ſalubre bellum eſſe: nã ſi paci locus ſit. imperium eius ſtatim caſurum. Deligendũ vnũ eſſe ex nobilitate ducem. cuius

poteſtas annua ſit· non nullos
q3 ei adiungendos· quorum cō
ſilio domi beloq3 rem publicā
adminiſtret· Ne vero vſurpare
ſibi barones imperium viderē
tur· ex media nobilitate aſſumē
dum ducem conſuluit· Itum ē
fauente conuentu in ſententiā
Mainardi Alſcio riſemburgeñ
antique nobilitatis homo· ſ3 te
nui cenſu· dux gentis declarat?
quem capitaneū vocauere· Ce
terum maieſtatis inſignia apō
eū fuere: auctoritas apō Mai
nardum extitit· Procopius
his cognitis· orphanos et tha
boritas in expeditionem ducēs·
ad vrbem pelzinam· quam fide
les incolebāt· caſtra ponit: atq3
vndecim continuis menſibus
pertinaci obſidione· crebriſq3
oppugnationibus vrget· Oppi
dani extrema omnia paſſi· ac iā
fame pereuntes· ad ſynodum
baſilienſem miſere oratum: ne
fidelem vrbem in manus hereti
corum peruenire ſinerent· Pa
tres· quibus non eſſet publicū
erarium· ex priuato argēto ſym
bolum dedere: auri octo milia
nūmum· Mainardo mittentes
qui collecto exercitu ſubueniret
obſeſſis· Per idem tempus· ea
pars prage que noua ciuitas ap
pellatur· ab orphanis impoſito
preſidio tenebatur: cuius prefe
ctus erat preſbiter lupus Roch
ezano infenſiſſim?· aduſus quē
predicando plebem incitabat·
Ille in veteri ciuitate· apud edē
ſancte marie ante letam curiam
inhabitabat: lupumq3 ſuis ipſe
ſermōibus probroſiſq3 maledi
ctis lacerabat· Ob quā rē cre
ſcentibus odijs· clauſerunt or
phani aditus veteris ciuitatis
in nouam: turreſq3 ligneas plu
rium tabulatorum erexere· qui
bus oppidanos in aduerſa ciui
tate miſſilibus infeſtarēt· Ea oc
caſione vſus alſcio· conuocata
nobilitate· nihil eſſe imperium
ſuum dicit· quod thaborite or
phaniq3 contempnant: regnū
mature periturū: niſi magiſtra
tibus pareāt· Rogat proceres
in mediū conſulāt· Placet om
nibus cum ea manu militū quā
Mainardus cōparauerat· pra
gam peti· Nec morati veterem
ciuitatem ingrediuntur: ligneaſ
turres amoueri· parereq3 om
nes alſcioni iubent· Negant or
phani ducem eſſe· quem neq3 ip
ſi· neq3 thaborite ſuſcepiſſent·
Fit tumultus: cōmittitur in vr
be prelium· Lupus vbi ſuos ce
dere animaduertit· pluresq3 ca
dere· ſalutē pedibus petijt· Diſ
iecte turres ciuitatis omnes: in
poteſtatē alſcionis facte· Pel
zinenſes re cognita· Procopio
e muris illudere· hortari ſuis ci
uibus opē ferat: alienos ne la
ceſſat· Stultum eſſe eū qui ſua
tueri nequeat: infeſtare aliena·

Niſi ſuopte ingenio ab obſidio
ne diſcedat·venturos breui pro
ceres qui nolentem cogant·Fi
cta ea Procopius credere: at
qȝ oppidanis ad ferendā fortiꝰ
obſidionem blandimenta obla
ta·At vbi certum nuncium de
geſtis pragenſibus accepit: ſo
luta mox obſidione·plenus ira
rum·cum omnibus copijs ver
ſus pragam iter dirigit·Prope
ranti cōmunes amici occurrunt
de pace inter eum et nobiles a
gunt: diuiſum inter eos regnū
ſtare non poſſe·Conſulendum
cōmuni quieti: neqȝ concordia
ſine viribus·neqȝ vires ſine cō
cordia ſufficere·Ciuitatibus eiꝰ
populi inexpugnabile munimē
tum eſſe·qui concordibus ani
mis arma tractaret·Lites ex ar
bitrio ducis componi poſſe: de
lectis ex vtraqȝ parte pari nūe
ro viris·quorum conſilio leges
pacis dicerentur·Procopiꝰ de
mum ita ſe pacem habituruȝ re
ſpondet·ſi noua praga ſibi reſti
tuatur·ſi munitiones deiecte re
ficiantur: ſi Pelzina eo in ſtatu
reponat·in quo fuerat ante diſ
ſolutam obſidionem·Nam cō
meatus iaȝ eo importati fuerāt
Nobiles vbi res factu difficili
mas peti vident·Procopiūqȝ
vincula·verbera·cedes·minari
cum alia via pax intueri nō poſ
ſet·armis decertare conſtituunt
Relicta itaqȝ ciuitate·cuius ma
ture animos non ignorabant:
obuiam hoſti pergunt·Uentuȝ
eſt ad locum inter brodam bo
hemicam et burim·quatuor mi
libus ⁊ quingentis paſſibus a
praga diſtanteȝ: in agris late pa
tentibus·Ibi currus cōtra cur
rus incurrunt: ⁊ ſublato clamo
re·alteri alteros cōtumelioſe cō
pellunt·Decreuerat Procopiꝰ
haut quaqȝ pugne copiam face
re: niſi ex occaſione prerogatiua
daretur·Erat ei animus recta
via pragam petere: vbi non du
bitabat nouam ciuitatē ſibi por
tas aperturam·At equitatꝰ no
bilium munitiones eius preter
greſſus·dum forte vltimam par
tem apertaȝ videt·raptiȝ ingre
ditur: cedemqȝ magnam facit·
Hoſtes improuiſo malo preuen
ti: quid agant neſciunt·Trepi
datur totis caſtris: inſolita res ter
rorem auget·Neqȝ enim intra
munitiones curruum·intraſſe
prius eqtes aliqñ viderant·Ce
duntur paſſim pedites: fit fuga
aperta ex altera pte mole qua
drigarum·Inſtant nobiles: ſter
nuntur vbiqȝ fugientes·Proco
pius vbi ſuos retinere non po
teſt·nec audire hortamēta peri
culū metuſqȝ ſinit·īter cōfertiſſi
mos hoſtes dilapſꝰ·cū cohorte
quem ſibi ex fortiſſimis magꝰ qȝ
amiciſſimis dlegerat aliqȝdiu ho
ſti ipetū ſtinȝ: mltiſqȝ ceſis·vic
toriā pene hoſtibꝰ eripuit Sȝ cur

cumueniens mĺtitudie eq̃tuꝫ nõ
tam victus q̃ꝫ vincendo feſſus
telo ĩ incertũ miſſo tranſfoditur
Pari modo ⁊ alter procopius
quem minoreꝫ appellari diximꝰ·
in eodeꝫ globo fortiter pugnãs
occũbit· Atqꝫ his finis duobꝰ
illis pernitioſiſſimis ac deteſtiſſi-
mis monſtris fuit· Sic thabori-
tarum ⁊ orphanorum ſcelerati
exercitus· inuicti prius· victi ac
deleti ſunt· Procopium raſum
quis occiderit ignoratũ ẽ: quã-
uis coſcha de quo ſupra memi-
nimꝰ· id facinus honeſtum di-
gnũqꝫ premio· ſuuꝫ dixerit· qui
tũ ꝑtes nobiliũ ſeq̃bat̃· Primꝰ
eius victorie auctor habitus ẽ·
Mainardꝰ: poſt eũ ptarſconis
magna virtꝰ viſa· Coapcho ꝟo
thaboritaꝝ eq̃tatũ ductabat· rei
militaris apprime peritꝰ· ⁊ q̃ mĺ
tis aliquãdo dãpnis prutenos
affecerat· et a r̃ge polonie voca-
tuſ· vſqꝫ ad gedanũ· ⁊ mare bal
theum· victorẽ exercitũ duxerat·
ex h̃ ꝓlio fuga dilapſus· cũ ma-
gna ꝑte eq̃tatꝰ in coloniã ſeſe re
cepit· Cõfecto bello cũ mĺta
milia captiuoꝝ eẽnt· Mainar-
dꝰ ꝯſilio ꝓceruꝫ accerſito· ꝑdere
peſſimaꝫ plebẽ ſtatuit: q̃ nutrita
in armis oẽꝫ etatẽ in caſtris ege
rat· nec ſub legibꝰ victura crede
ret· rapinis· cedibꝰ· atqꝫ adulte
rijs aſſueta· Qua ſtãte· pacatuꝫ
regnũ ſtare nõ poſſꝫ Sed veritꝰ

ne ſimul innocẽtes inficeret· q̃
ex agris coacti ad pugnam ve-
nerãt: voce p̃conis edici iubet·
nõ dũ bellũ ꝑactum eſſe· fugiſſe
coapchonem· coloniam expug-
nari oportere· vicinaſqꝫ per cir-
cuitum gentes que regnum po
pularentur· armis domandas·
Ad eam rem neceſſariis· qui ſub
procopijs militaſſent· viros for-
tes ⁊ in bello exercitatos: decre-
tum eis ex publico ſtipendium·
donec regnum pacaretur· Pro
inde omnes qui ſtipendia face-
re vellent· ĩ horrea ſeſe proxima
reciperent: cauerent· ne rudes
inexpertoſqꝫ belli· ſecum admit
terent: Illos ſua rura: ſuaſqꝫ la
res· repetere poſſe· Introierũt
horrea que apud bohemos in
villis ex maceria culmo tecta·
frequentia ſunt· pleraqꝫ thabo-
ritarum et orphanorum milia:
homines nigri· ad ſolem et ven-
tum indurati· aſpectu tetri at-
qꝫ horribiles· et qui circa fumũ
in caſtris vixiſſent· aquilinis o-
culiſ· inpexo crine· promiſſa bar
ba· corporibus proceris· mem-
bris hiſpidis· cute adeo dura vt
ferruꝫ quaſi lorica repulſura vi-
deretur· Clauſa ſunt confeſtim
hoſtia· et ignis immiſſuſ horreis
quo fex illa et colluuies homi-
nũ· ignominioſuꝫ agmẽ· pꝰ mul
ta que patrauerat ſcelera exuſta
ꝯtẽpte demũ r̃ligiõis pẽaſ ꝺdit

Quomodo Sigiſmundus Ro
me coronatus · poſt multas diſ
ſenſiones ⁊ bella · cũ pace ⁊ gau
dio a bohemis ſuſcipitur ·

Capitulum · LII ·

Sigiſmund⁹ interim ab
Eugenio pontifice ma
ximo Rome coronat⁹:
Baſileã pecierat: diſſidioq; pa
trum quod tunc erat cũ Euge
nio ad tempus ſedato · vlmam
ſe contulerat · Ea eſt Sueuie ci
uitas · ad vlteriorem danubij ri
pam ſita: licius amnis qui ſue
uos a baioariis diſterminat · e
regione vrbis in maiorẽ flumẽ
exoneratur · Hic audita thabori
tarum orphanorumq; clade · le
gatos in bohemiã mittit · regni
proceres cõmendat · q̃ viros no
centes deleuerint: hortatur re
gni quietẽ procurent · ſeſeq; re
gem ſuſcipiant · quem fratri ſuc
ceſſorem ius gentium dederit ·
Illi magno numero apud Ra
tiſponam eum conueniunt: Re
gemq; ſuum ſalutant · Venerũt
⁊ ſeorſum · coapcho ⁊ Johãnes
Rochezana: d̃ ſuis rebus actu
ri · Legati quoq; Baſilieñ · qui
prage fuerant · ⁊ cum bohemis
certo modo conuenerant: eo ſe
contulere · Sigiſmundus audi
tis que de religione in cõmuni
placuerant · conuenta probauit
eaq; ſeruari mãdauit · Exin po
ſcentibus hungaris · nauib⁹ ꝑ
danubium vectus · budã peciit:
vbi reformato rerum ſtatu · vo
catis ad ſe bohemorũ principi
bus in alba regali ſexaginta mi
lia nummũ inter eos diſtribuit:
pecorumq; maximum numerũ ·
Dicta die · q̃ vellet bohemiã
ingredi · non moratus iglariam
venit · Ubi concilio cum bohe
mis habito: conuenta legatorũ
ſynodalium iterum comproba
uit · firmauitq; Ea huiuſcemõi
fuere · Bohemis ac morauis ec
cleſiaſticam vnitatem · pacemq;
cõplectentibus · ſeq; in ceteris oĩ
bus · preterq; in vſu cõmunionis
vtriuſq; ſpẽi · vniuerſalis eccleſie
fidei ac ritui conformantib⁹ · au
ctoritate domini noſtri ieſu xp̃i
⁊ eccleſie ſponſe ſue · ſub duplici
ſpecie panis ſcʒ ac vini · hijs qui
conſueſſent · diuine eucharíſtie
cõmunicare licebit · An vero ex
ꝓcepto dei id fieri debeat · gene
rale concilium in Baſilea ꝯgre
gatum diffiniet · ⁊ quid vtilitati
fideliũ · ſalutiq; congruat · lege
imperpetuũ valitura conſtituet
Quo facto · ſi pſeuerauerint bo
hemi in eiuſmodi ꝯmunicatio
nis deſiderio · idq; miſſa legatõ
ne pecierint · ſacer cõuentus · bo
hemie ac morauie ſacerdotibus
cõmunicandi ſub vtraq; ſpecie
perſonas ſibi ſubiectas · ⁊ i an

nis diſcretionis conſtitutas · et que id reuerenter poſtulauerit · libertatem imparcietur: ea condicione adiecta · vt inter cōmunicandum plebē publice inſtruant · non ſub ſpecie panis carnē chriſti tantum · nec ſub ſpecie vini ſolum ſanguinez · ſed ſub q̄libet ſpecie totum ⁊ integrum cōtineri chriſtum · Breuis concordie notula · verum tot ſentencie quot verba · quibus peregrine de fide ſentencie · diuerſiq; ꝺ religione rit⁹ · obuiari iubeat̄ Et quod eccleſia vniūſalis credit · quod ƀuat : genti bohemorum credendum ſeruandumq; precipitur · Circa communionem tā tum permiſſa nouitas · Ceterū inter bohemos ⁊ imperatorem alie pactiones interuenere: quibus eccleſiarum predia occupatoribus iure pignorū relicta ſūt donec certa pecunia relueerētur Religioſis vtriuſq; ſexus q̄bus adēpta monaſteria eſſent · exulibus quoq; · ſpes reditus interdicta · Rochezane pragenſis eccleſie preſulatus promiſſus : de diſponendo eccleſiarum bohemicarum regimine ſummo pōtifici facultas oblata · Hijs ſic conſtitutis · rochezana cuz alijs quatuor preſbiteris · nomine tocius cleri ſibi adherentis · ſedēte Sigiſmūdo pro tribunali in foro ciuitatis erecto · aſſiſtēte alberto genero magnaq; procez ⁊ oratorum circumſtante corona · obedientiaz Romane eccleſie ſeſe preſtare profeſſus ē · Sequenti vero die · haut abſimili ſolemnitate abſoluti ſunt ab anathemate · ceteriſq; cēſuris heretici: ⁊ in eccleſiam per concilij legatos introducti Ubi cum diuina celebrarent Rochezana ꝑfidie ſue nō immemor · altare accedens : diuina re peracta · vniquez iuſſerat ex laicis adeſſe · ſacramentum ex calice dedit · Et q̄uis Johānes polomor · alter ex cōcilij legatis · in aliena eccleſia id ſibi non licere aſſereret · eumq; prohiberet : in ꝓpoſito perſtitit · Ob quam rem pene in irritū conuenta ceciderunt · Cōpoſita tamen lis eſt · ex eo conuentionis capite quo ſancitū erat: ne paucis pacta violantibus · cōmunis concordia rūperetur · Hijs cōpoſitis · Sigiſmundus nona ſeptembris · Anno · vi · et · xxx · ſupra milleſimum ⁊ quadringenteſimum ab ortu Saluatoris domini · pragaz venit: vbi · qui pauloāte bohemorum hoſtis ex adulterio natus · antichriſti filius · ſacrileg⁹ · publicis hominum votis ꝑdendus cenſebatur: extremis honorib⁹ except⁹ eſt · Barones ac ciuitates in eius verba iurauerunt · ⁊ magiſtratus ſuos q̊s ipſe conſtituit acceperunt: certantes inter ſe · quiſq; alter altero ſuo regi ob-

ſequētior videretur· vt ē huma-
num ingenium vtranqꝫ in par-
tem cōmodatum· ſiue perſequi·
ſiue obſequi malit Philibertus
epiſcopꝰ Conſtancienſis· natio
ne Gallicꝰ· ⁊ college ſui· ex Ba
ſilea miſſi· eccleſiaſticos ītrodu-
cere ritus· ſacerdotes inſtituere
ex miſſarum ſollēnibus vulga-
ria verba· cantilenaſqꝫ detrahe
re· ſanctorum ymagines reduce-
re· aquam benedictam in edibꝰ
ſacris reponere· baptiſmatis fō
tes ſacrare· altaria ornare· ſpur
cicias omnes abolere· Parue-
re cōplurimi· quibus mēs ſani-
or fuit· Rochezane cōplices re-
ſiſtere· obloqꝫ· blaſphemare· ple
bem modis omnibus auertere
Ipſe quoqꝫ inventor malorum
ex parrochia ſancte Marie an-
te letā curiam· quam propria te-
meritate inuaſerat· amoueri mi
nime potuit: neqꝫ laniare ſermo-
nibus ſuis inter predicandū ro
manam eccleſiam pretermiſit· le-
gatiſqꝫ ſepe necem per inſidiam
machinatus eſt· Sigiſmundus
autem cum eccleſias pollutas in
trare nollet: templum ſanci Ja
cobi quod fratrum minorū fue
rat· ⁊ in quo machine bellice tū
ſeruabantur reſtitui ſibi popoſ-
cit· Annuit ciuitas ⁊ aliqui mo
nachi introducti ſunt· qui verbum
dei predicarent· Id olim ne Zi
ſcha ſubuerteret· armati carnifi
ces defendere: ſepulchris maio-
rū conſulentes· Redierūt ⁊ alij
medicantes· tum celeſtini· ſlaui
ſerui Sancte marie· theutones
iheroſolimitani· ⁊ nonnullorum
monaſteriorum abbates· Sacer
dos quoqꝫ ſancti Georgij in ar
ce pragēſi· que principis hono-
re defungitur· ⁊ paſtorali bacu
lo vtitur· ſacris prefecta virgini
bus· ab exilio remeauit: Hec ex
veteri more quotānis in celebri
tate ſancti Viti· nouellum regi
panem offerre tenetur Reſti
tuti ſunt ⁊ kathedral' eccl'ie Ca-
nonici· ac vicarij ⁊ manſionarij
ornamenta altaribus reddita·
diuinum officium inſtauratum
Legati Baſileam miſſi: ꝗ decla
rationem ſuper articulo cōmu-
nionis expeterent· Cumqꝫ nulli
eſſent eccleſie redditus· ex qui-
bus ali templorum miniſtri poſ
ſent· iuſſit imperator ex fiſco re-
gio per ſingula canonicorum ca
pita ebdomedatim aureū num
mum diſtribui: minoribus cle-
ricis dimidium dari· Ea res· an
nuo aureorum ſex milia apud ec
cleſiam kathedralem abſumpſit
In alia quoqꝫ templa donaria
collata· Noua iam facies vrbis
nouus populus: vetus rediſſe
religionis cultꝰ appetebat· Qui
bus ex rebus liquet imperato-
rem· que federa cum hereticis
percuſſit· neceſſitate magis ad-
miſiſſe· quā voluntate: voluiſ-
ſe illum paternam hereditatem

quoquo modo irare. ſenſimq̧ regni poſſeſſione accepta. more maiorũ ſubter veraȝ chriſti religionē prouinciã reducere. Iãq̧ reges ei populiq̧ chriſtiani ꝺ regno recuperato cõgratulabant: eiuſq̧ nomē in om̃i eccleſia magnũ erat. Eugenius quoq̧ pōtifex maximus aureaȝ roſaȝ inditem ſue leticie ad eum miſit. Thaborite q̃ ſuperioribus cladib⁹ ſuperfuerant in oppido cōſeruati. ea lege in gratiam recepti: vt q̃nquennio toto ſuis moribus viuerent. religionis cultum mutare non cogerent. iura ciuitatis haberent. ſignũ ferrent. in ſigillis rubra cera vterētur: tributi nomine ſingulis annis ſexagenas decem penderēt. Sed cum nephandas eorũ conſuetudines Sigiſmundus accepiſſet. quibus illi circa rem diuinam tenerent. quinquennium haud expectatuꝝ ſe dicere. correptuꝝ prope dieȝ ſcelerate ciuitatis inſaniam. Rochezanaȝ hortari Romane eccleſie ſe ſubiceret. ſic poſſe pontificatuȝ ſibi cōmitti: ſupbienti. ⁊ aliena de fide ſapienti. aſcenſum deſperandũ eſſe. q̃ vel conſecratus epiſcop⁹ eici deberet. Ille mente ſupba. ⁊ oppinione ſua inflat⁹: dietim peyor. dietim venenoſior effici. monachoruȝ reditum egerrime ferre: quorum ſmones non minus q̃ ſuos acceptuȝ iri verebatur. Ob quã rem occurrente inter predicanduȝ ſermone ꝺ monachis. venerũt inquit noui dietim ad nos demões. quos monachos vocant. Hijs ſtudium eſt eicere nos de veritate. At ſi viri fuerimus: prius ſanguinē effunderimus. Id Sigiſmundus vbi accepit. ymmo nos inq̃t rochezane ſanguinē nō inuiti ante aras libabim⁹. Nō latuit rochezanã Sigiſmundi ſermo: q̃ ex amicis cōmonitus claȝ aufugit. Eius eccleſia papuſconi bono ⁊ docto viro cōmiſſa: quem nos poſtea exulem. perturbatis iteꝝ rebus in noua domo vidimus. priuſq̧ bohemiam intraſſet Sigiſmuudus. Johānes rohacius. nobili loco natus. ingenio malo mente peſſima. nō longe a montibus cuthnis. intra ſiluas in edito colle caſtelluȝ edificauit. vocauitq̧ monteȝ ſyon: aſſerens ex eo loco veritatē aliquando exituram que gentē bohemicã libertate donet. Eũtibus ad iglariam ceteris nobilibus imperatorē ſuſcepturis. ipſe domi manens. vicinis infeſtus predas agitat: inſtigantib⁹ nōnullis baronibus. quibus pax noxia. bellum ſalubre videbat. Sigiſmundum quoq̧ laceſſit: armenta boũ ⁊ ouiũ q̃ illi aduehebant ex hũgaria rapit. Itinera queq̧ inſecura infeſta reddit neq̧ a purpurati regijs abſtinȝ

Sigiſmundus heinricum ptar-
ſconē q̄ hominē corripiat·cū ex-
ercitu mittit: obſidio quattuor
ducta mēſibus ·caſtellū ſumma
vi occupatū·Sed in cacumine
mōtis ſitū·vallo foſſa · muriſq;
oportune munitū·difficile ſupa
tu erat· Erigunt̄ turres ·q̄ mu-
nitiones muroſq; ſupent·tela i-
tus iaciuntur: multi vtrimq; ca
dunt·obſidentiū plures·in q̄s
tela haut fruſtra cadebant·Ac-
ceſſum ad muros altior foſſa p
hibebat: que licȝ aqua caruit·la
borioſum tm̄ piculoſumq; militi
erat·ſagittis vndiq; cadentibus
in eā deſcendere·atq; inde rur-
ſum vallem quo muri precinge-
bant aſcendere· Cuniculis igit̄
aditus in foſſam parat̄ ·relicto
terre aliquanto·ne fraus intelli
gi poſſet inſtar oſtij ante foſſam
Expectat̄ ventus qui ex caſtris
in caſtellum ſpiret·Is vbi vehe
mens datus eſt·armati aditum
ingrediuntur·tormēta enea q̄
plurima ſimul incenduntur·vē
tus fumū in caſtellū rapit: mili
tes apto cuniculorū repagulo
in foſſam pſiliunt ·et admotis
ſcalis vallū aſcendere nituntur·
Prādebat tū forte roaci⁹: pau-
ci q̄ pro muris excubabant cla-
morē attolluntq;· Fit tumultus:
cōcurrit vndiq; ad defendēdū
vallū Roacius q̄ relicto cibo·
ſumptis armis · auxilio ſuis ex
arce aduolat·pugnat̄ eodē tē
pore pluribus locis acerrime·Ubi
Roacius adeſt·hoſtis ex alia p
te vallū ſupat: ſtrageq; late fa
ciēs caſtellū ingredit̄· Rhoaci⁹
dū ire in arcē feſtinat·precluſo
itinere capit̄·arx quoq; vi rum-
pit̄·latronibus q̄ eo ꝯfugerant
intercepti · ſacerdotiq; huſſitarū
veſanie pticipi·q̄ ſacmēta mini-
ſtrabat hereticis·indita vincla·
ducti omnes pragam·ſuſpēdio
vitam finiere· Furcarū · quibus
damnati penas dedere· triplex
differētia fuit: et ſublimior rhoa
cius pependit·ymā tenuere la-
trones circit̄ nonaginta: media
ſacerdotē arripuit nomie medi-
um· atq; ita medius· in medio
furcarum·damnatā animā de
uotamq; ſathane reddidit·

## De morte Sigiſmundi impato ris·et quem reliquerit in teſtamē to heredem·

### Capitulum· LIII

Egrotare interea Sigiſ
mundus cepit: ex augē
te morbū ſenectutis in
cōmodo Barbara imperatrix
de retinendo imperio ſollicita·
heinricū·ptarſconem ſterenber-
gium Georgiū poggiebraciū·
et alios pleroſq; barones·quo-
rum auctoritas apud bohemos
pocior· clanculum ad ſe vocat·
Sigiſmundū breui moriturum
aſſerit·futuras in regno turba-

tōnes niſi rei ſue ꝙ̄ celerrime cō
ſulant: quietis vnicā viam eſſe.
ſi ſe viduam rex polonie ducat
vxorem. Id ei ſuaſu facile. Nā
quis matrimoniuȝ rennuat. q̄ȯ
dotalia duo regna ſequāť. eaqȝ
maxima. ⁊ opulētiſſima? Suo
nomine ⁊ in hungaria ⁊ in bo-
hemia oppida munitiſſima cu-
ſtodiri. comites cilie alteꝝ fra-
trem. alteꝝ nepotem. auxilia p̄-
bituros: multos in hungaria ꝓ
ceres. ſuas ptes complexuros.
Placȝ bohemis impatricis cō-
ſiliu m: datiſqȝ dextris fedus in-
eunt. Mulier iam anus. nouuȝ
coniugium mente cōplexa filiaȝ
que in ſpem regni creuerat. ⁊ al
berto duci auſtrie nupſerat. ex
aīo dimouet: nec aliud. ꝙ̄ noui
concubitus gaudia meditatur.
In exhauſtam femine libidinē
que tumulo q̄ propior eſt. eo ge
genialis thori. nupcialiſqȝ facis
cupidior ⁊ curioſior reddiť. Nō
latuerunt imperatorem furenti
femine excogitatꝰ. Qui poſtꝙ̄
referentibꝰ medicis morienduȝ
ſibi eē cognouit: ex bohemia cu
ius ſibi dubia fides erat. in mo-
rauiam ſe vehi iuſſit. viſurus fi-
liam priuſꝙ̄ vita excederet. Il-
la cum viro ad eum in ciuitatē
venit. quā ſnoyma vocant. Ibi
mox barbara virum ſecuta. cu-
ſtodie traditur. Vlricus cilie co
mes premonitus. fugā arripuit
Imperator vocatis in cubiculū

hungarie ac bohemie p̄moribꝰ
aduentaſſe reſolutionem ſui cor
poris. nec iam amplius ſic viue
re poſſe affirmat: iturum ſe pa-
trum viam. Ceterꝝ priuſꝙ̄ ocu-
los claudat. de ſalubri ſtatu reg
norum ſuorum velle cum eis a-
gere. Albertuȝ auſtrie ducē. ge
nerum ſuum eſſe. ⁊ virtute p̄ſtā-
tē ⁊ generis nobilitate ſublimē.
eum ſe non minus. amare ꝙ̄ fi-
lium. ſucceſſorem itaqȝ ſuum no
minare: rogare ſupremam volū
tatem ſuam exequantur. beatū
id regnum futurum. cui alber-
tus impauerit. Exin legatos
nomiat: qui ſe mortuo bohemi-
am petentes. in conuentu pro-
cerum teſtamentum ſuum pate
faciant. Inter quos Gaſpar ſli-
chius p̄iceps fuit. mare ytalica
ex cominibus alti collis agri tar
uiſini. patre theutonico natus.
ex familia lazana prouincie frā-
conie. ingenio dextro. facūdia
ſuaui. doctrine cultor: ad omīa
genitus quecunqȝ ageret. Quē
vſqȝ adeo fortuna ⁊ virtus extu
lit. vt quod erat prius inauditū
trium ceſarum ſucceſſiue regnā
tium cancellarie prefuerit: vnus
ex ducibus Sleſie filiam ſibi in
matrimoniuȝ tradere non recu-
ſauit. Sigiſmundus illi egram
⁊ cubitum. ⁊ alia in franconibꝰ
oppida. dono dedit. Albertꝰ in
hungaria Caleſium. et albaȝ ec
cleſiam: Fridericus in auſtria

Grecium· Verſatile profecto ingenium· et nature bonitas ſingularis: que inter tot imperatores· moribus prorſus diſpares· pari gratia viuere potuit· Nos huius amicicia in curia Frederici ceſaris vſi· ſi quid profecimus quod ſcimus q̃ tenue eſt· adiumento ſui conſecuti ſumus· Epiſcopatum certe tergeſtinū vnde reliquę dignitates prouenere· ipſe nobis primus cõmitti curauit· Mortuus eſt vienne ex apoplexia: ⁊ apud carmelitas cum coniuge ſepultus· Sigiſmundus ſupremis ſuis ordinatis· inter amicorum manus defecit·

### De ſepultura Sigiſmundi Imperatoris·

Capitulum· LIIII·

Albertum barones qui aderant ex hungaria ⁊ bohemia· concordis animis regē ſalutauere· Ipſe miſſis in bohemiā ſuis ⁊ Sigiſmūdi legatis· verſus poſoniū iter flexit· Miſerabile ſpectaculum· et humanarum rerum ſingulare documentum· imperatrix captiua ⁊ imperatoris cadauer vna vehitur· Occurrunt lugubres hūgari· nec tenere lacrimas in tanta rex nouitate poſſunt· Hic defuncti regis corpus fletū elicit: inde regine vincula cõmiſerationem excitant· Solabatur tamē miſeros noui regis electio: cuius virtutis multa extabāt documēta· Duo inter ſe oppugnātes curę occurrebant· altera ſepeliendi regis plena meroris: altera coronandi· leta iocundaque· Iuſta prius defuncto regi perſoluta: corpus eius in varadino· vt in vltima volūtate placuerat· ſepultū· Albertus in alba regali· cū coniuge ſua Elizabeth· kalendis ianuarij· ſummo conſenſu ⁊ applauſu populi coronatus eſt·

### De Alberto bohemorum Rege quartodecimo· Et etiam romanorum Rege·

Capitulum· LV·

Legati in bohemiam profecti· vulgato Sigiſmūdi teſtamento· Albertū vicinum· potentem· nobilē· virtute preſtātem bohemis amicū regem aſſumi petunt: Ioannis caroli· Venceſlai· ⁊ ipſius Sigiſmundi erga regnū merita commemorant· Natā ex eorum ſanguine Elizabeth· nō eſſe paterna hereditate priuandā· Inter bohemie reges· ⁊ auſtrie principes· fedus extare· procerum conſenſu· ⁊ imperiali auctoritate firmatū: vt deficientibus altera domo maſculis heredibus· altera regnum accipiat· Defeciſſe maſculos in bohemia regie ſtirpis: ſucceſſorē ex auſtria vocādū· Neque aliū regno

ydoneũ viderent. q̃m albertuz: qui ꝛ vxoris. ꝛ ſuo iure. ꝛ ſoceri iudicio. p̃ferend⁹ ſit. Futurum eum regẽ. quem bohemi ex celo miſſum putent: hũgari quez cupide regẽ acceperunt. bohemis haut aſpernendũ Flectitur hÿs bohemoꝝ ꝯuentus: Albert⁹ p̃die nonas maias. rex deſignaṫ. Ve ꝝ proceres q̄ cũ barbara cõſpirauerãt. non alio pacto in albertum cõſentiunt. q̃ ſi poſtulatis ſuis mos geraṫ. Alſcio ſternenbergius eoꝝ nomine albertũ adijt: ſꝫ fruſtra eius p̃ces fuere. Albertus ferme bohemis. q̄ ſocer affirmauit Interea barbara. dimiſſis q̄ poſſidebat in hũgaria inexpugnabilibus caſtellis. libertati reddita eſt: xij. milia auri nũmuz. locis patẽtib⁹. quo aduiueret ei ſingulis ãnis conſtituta. Ptarſco de voluntate alberti ab alſcione certior factus. accerſitis ex factione ſua p̃moribus. quoꝝ ꝑs pocior: heretica fuit. huſſitaꝝ ſequax errorꝫ. caſmuruz regis polonie germanũ. tredecim annos natũ. regẽ appellat: miſſiſqꝫ oratoribus auxilia petit. q̄b⁹ nobile regnuz ei cõſeruari poſſit. Inter hec ꝛ electores impij apud franckfordiã cõuenientes: rẽ romanã alberto cõmendant. At illi acceptare impiuz. iniuſſu baronũ hungarie. haut quaq̃ licebat. Id em̃ eis ꝓmiſerat: cũ ſe regez accepere. Vocati p̃mores regni negabãt ex vſu eẽ hũgarie regi theutonicis ceteriſq̃ gẽtib⁹ impare. dũ Sigiſmundus Romane rei conſulturus. ytaliã. germaniaz. ceteraſq̃ ꝓuincias pageret. hũgariã turcoꝝ direptioni patuiſſe. Multa in vtrãq̃ ꝑtem dicta. Poſtremo victi p̃cib⁹ Frederici ducis auſtrie tunc adoleſcentis. aſſenſum dedere: impiuz ſũma germanoꝝ cõgratulatione ab alberto ſuſceptũ. Nec mora legati ad regem polonie. nomine gẽtis bohemice miſſi. Johãnes Rabenſteinus. ꝛ Johãnes placius: oratũ. ne fratrem turbare bohemie regnuz paciaṫ. meminerit inter bohemos ac polonos veteris amicicie Albertum ex Sigiſmundi teſtamẽto. ꝛ ꝓuincialiũ decreto. regez eſſe: nõ potuiſſe paucos q̄ caſmuruz vocauere. ius regni ad alteꝝ transferre Si ꝑgat alienum regnum fratri pare: caueat ne de ſuo certare cogaṫ. Polonus ad ea bohemos ſibi amicos eſſe fatetur. cupere beniuolentiaz perpetuo ſtare: ac fratri quez primarij barones regez vocauerint. ius auferre non poſſe. Polonis ac bohemis vnam eſſe linguã ꝛ vnã vtreq̃ genti originem: cũ theutonicis nihil bohemis eſſe commune. Nihil prouincialibus incõmodius. q̃ ſui regis vocem nõ intelligere: atq̃ in om̃i loco

interpretis egere. Regnum ſibi ſuum ſatis tutum: fidumqꝫ eſſe neqꝫ ſe externam vim vllam timere. Proinde orare vt fratreꝫ potius recipiāt. ꝙ ipſi ab eo recipiantur. donatoſqꝫ precioſis pellibus. vt eſt mos gentis. oratores dimiſit. Legatis autem alterius partis. miſſurum ſe prope diem auxilia pollicitꝰ. ¶ Albertus medio tempore iglariaꝫ petit: quo in loco ab vlrico roſēſi. mainrādo. plurimiſqꝫ bohemie proceribus percupide expectabat. Ptarſco vero per nuncios eum rogat ne prius regnū ingrediatur. ꝙ ſibi factōiqꝫ ſue faciat ſatis. Neqꝫ enim paſſurū ſe regem eſſe. quem ipſe non elegiſſet. Albertus quod maior ps regni ſtatuiſſet. id ratum eſſe debere reſpondit: hortari ne regeꝫ quietum interturbet. Inuenturum benignuꝫ regem ſi paci cōſulat: ſin pergat res innouare. plus belli reperturum ꝙ velit. Exin motis caſtris cuthnam occupat: quam ptarſco ſine preſidio reliquerat. Petenti pragaꝫ frequens populus occurrit: atqꝫ vt hoſtium victori congratulantur. Et quāuis iterum ptarſconis factio conuentuꝫ peteret priuſqꝫ rex coronaretur: reiectis precibꝰ. tertio kalēdas iulij ſollempni pompa coronaꝫ accepit Ptarſco vero coloniam. et aliaſ ſue factionis ciuitates. impigre muniuit. Cunqꝫ duo milia eqtum ex polonis ad eū veniſſent populari eorꝫ agros cepit qui regeꝫ introduxerāt. ⁊ tanqꝫ diu bohemia quieuiſſet. nouo exultans bello. adeo gloriabundus in campis exijt. vt captiuos nobiles quos forte interceperat ea conditione iuratos dimiſerat: vt ſe non prius repreſentarēt. ꝙ caſtra muris pragenſibꝰ admouerentur. ¶ Albertus et ſi auxiia ex auſtria. hungariaqꝫ aſciuerat: illis tamen non expectatis hoſti copiā pugnādi fecit Quā poloni detrectantes. per montes cuthne. ⁊ Sobeſlauiam. ad thaboritas ſe contulere. amicaꝫ ſibi ciuitateꝫ: caſtriſqꝫ ante vrbē poſitis. Albertum expectauere. Ipſe cum copijs egreſſus. p beneſcauiam ad eos feſtinans: legatos premiſit. qui polonis dicerent. Inter caſmurum cuius cauſaꝫ agerent. ſeqꝫ. belli premium bohemiam eſſe. cauerent ne incendia agitarent. Experirent prelio. cuius prouintia eſſet: cultam potius. ꝙ deſertaꝫ mallent. Seſe moram minime facturum quin pugna liteꝫ regni definiat Poloni. ad hec. huiuſcēodi reſponſum dedere. Ex equo ſe ferre animo Alberti arrogantiam pugnam petentis: naꝫ ſuperos ſuperbis infenſos eſſe. Veturo

non defuturũ prelium: polonos
faciem hoſti non terga oſtenta-
re ſolitos. Letus eo nuncio Al
bertus: quadrato agmine in cõ
ſpectũ hoſtis aduolat. Quo in-
tra caſtra ſe continente ⁊ ipſe ca
ſtra ſua e regione thabor ad iac
tuz lapidis tormentalis metat⁹
eſt. Pugnatuz ſingulis diebus
in cãpo. qui medius inter bina
caſtra iacebat. nunꝙ̃ totis viri-
bus in fortunaz belli ventuz: po
lono non taz facile egregia ma-
nu facinora edẽte. ꝙ̃ verba ma-
gnifica ore iactãte. Erant in ca-
ſtris Alberti. Xp̃ofer⁹ baioarie
princeps. qui poſtea regno da-
cie potitus eſt: Fridericus ſaxo
nie dux. ⁊ Albert⁹ marchio brã
denburgenſis. cuius nomen ab
eo tempore cultum. magnumꝙ
fuit. Triginta milia militũ Al-
berto parebant: polonis q̃tuor-
decim milia. quoruz caſtris iun-
cta ciuitas. magno adiumento
erat. Tormenta quoqz enea in
vtriſqz caſtris plurima. maiora
apud Albertum fuere. Ex qui-
bus vni qđ erat maximũ. ignez
admoueri iuſſit: cui⁹ lapis emiſ
ſus mire magnitudinis. cum p̃-
ter opinionem in caſtris hoſtiũ
cecidiſſet. multos mortales inte
remit. Vidiſſes paſſim corpora
ſine capite iacentia. capita q̃qz
pedes. membraqz ſine corpore
in cruore fluitare: iumenta hu-
mi procumbere mortua. Neqz
enim primo ictu dumtaxat. ſed
multiplici ſaltu. pluribus in lo-
cis decidens ſaxum. ſtragem fe-
cit. Quare conſternati poloni.
relictis caſtris intra vrbem ſe re-
cepere. Georgius poggiebraci⁹
per idem tempus cum thabori-
tas peteret. nam et ipſe ptarſco
ni iunctus erat. in alam quan-
dam Alberti equitum forte inci
dens. conmiſſo prelio hoſtez po
ſtrauit: atꝙ hinc primum homi
ni nomen datum. Albertus vo
cum expugnari thaborite aliter
ꝙ̃ fame nequirẽt. ſoluta obſidi-
one. pragã redijt: poloni exhau
ſti argento. amiſſis equis. pedi-
bus in patriam abiere. Frederi
cus ſaxonum princeps. dimiſſo
rege. domuz rediens: hoſtiuz in
ſidias incidit. Sed nihil impro-
uiſa re motus. ordinata raptim
acie. ea cõſtantia. ea fortitudine
pugnam inijt. vt pene victus ca
ptuſꝙ. victores vicerit: ceſiſꝙ ꝙ̃
pluribus captos abduxit. Rex
polonie nondum cognitis. que
in bohemia ſuis acciderãt. cum
duobus magnis exercitibus ſle
ſiam ingreſſus. in bohemiam ꝓ
perabat. Sed intellecta ſuoruz
fortuna. populatis hoſtiũ agris
domum redijt. Albertus aũt
relicto qui regnum gubernaret
Vlrico comite cilie: ꝑ ſleſiaz gor
liciũ venit. Vratiſlauiẽſibus ve

ro· ea eſt ciuitas nobilis ac pre-
potens· ⁊ ſleſitaruz caput· Alb-
tum marchionem brandenbur-
genſem · petentibus belli ducez
dedit: qui poloniaz ſepe infeſto
exercitu petens· lōge lateqꝫ pre-
das egit· Non multis poſt die-
bus actuz de concordia· Rude-
ricus burgenſis epiſcopus· na-
tione hiſpanus· doctrina ac vir-
tute preſtans· arbiter litis ex ba
ſilienſi concilio miſſus · Alber-
tum conuenit· Diſceptatum eſt
inter legatos partium: non con
uenientibus· indutie belli dicte
conuentus in aliam diem apud
Vratiſlauiam ſtatutus· Eo ve-
niens Albertus· ex gradu forte
prolapſus· grauiter leſus· pluri
bus diebus egrotus decubuit·
Exin claudus effect⁹· infecta pa
ce· per morauiam in auſtriaz re
diit· Interea comes Vlricus· q
bohemie preerat· inter barones
de vendicando ſibi regno age-
re cepit · Albertus cognito eius
ſtudio properatim ſtipendia ſb-
traxit· Ille materia adempta q̄
bohemorum animos ſibi conci
liabat· ex prouintia diſceſſit: nec
vltra remiſſ⁹ ē · regni cura Ma-
inardo ⁊ Vlrico roſenſi conmiſ
ſa· Per idem tempus· deſpo-
tus ſeruie· quam raſciam vocāt
cum ſacerdotibus ⁊ nobilibus
in hungariam profugerat· thur
corum impetum veritus: vno ta
men relicto filio· qui caſtellū ſin
dorouiam in ripa danubij ſituz
et a thurcis obſeſſum · tueretur
Albertus ab hungaris inuita-
tus· obſeſſis opem laturus· bu-
dam petijt· Interea Georgius
palocius· ſtrigonienſium ponti
fex· diem obijt: qui coronam re-
gni· ditemqꝫ regum ſupellectilē
in arce ſeruauerat · Qua re co-
gnita· Albert⁹ eo ſe cōfert: Arx
regine deditur· Que dū theſau
ruz regni· coraz baronibus ad
eam rem ſelectis recognoſcit· co
ronaz beati Stephani regis· q̄m
ſacroſanctam putant· clam ſur-
ripuit· anuiqꝫ cuſtodiendaz tra
dit · cetera obſignatis occludit
arcis·

## De morte Alberti incliti regis·

## Capitulum ·LVI·

Albertus budam reuer
ſus· non expectatis au-
xilijs· adūſus thurcos
exercitum ducit: caſtra inter tici
am amnem ac danubium col-
locat· Interea thurcorum impe
rator euicto caſtello· excecatoqꝫ
deſpoti filio· cuius ſororē in ma
trimonium duxerat: domum a-
bijt· Crudelis: qui neqꝫ coniugij
affectum ſenſit· Verum thurcis
matrimonij neceſſitudo leuis ·
apud quos ſinguli pro opibus
plures vxores habent: regibus

co amplius nubere licet. Ita a-
nimus multitudine diſtractus.
nullaꝫ pro ſocia: pariter omnes
viliter habet. Albert⁹. vbi expu-
gnatam ſynderouiam: thurcos
abijſſe cognouit: dimiſſo exerci-
tu budam redijt. Sed inſolito
feruentis auguſti calore vexat⁹.
dum peponibus nimium oble-
ctatur in ventris ſolutionem in-
cidit: ſentienſqꝫ periculum. mo-
riturus in patria viennam repe
tere ſtatuit. Iter ingreſſus. cum
iam ſtrigoniuꝫ preterijſſet. in vil
la que longa dicitur. condito te
ſtamento ſexto kalēdas nouem
bris deceſſit: princeps liberalita
te ac fortitudīe clarus. ⁊ qui ce-
teris rebus longe religionis ſtu
dium antepoſuit.

Quomodo Bohemi poſt mor
tem Alberti. Eligunt in regem
Albertum baioarie ducem. ſed
Electioni conſentire noluit.

Capitulum. LI.

Bohemi q̇ Alberti regiſ
cauſa. īter ſe diſſidebāt
cognita morte. apd̓ pra
gam conuenientes. vnum toti⁹
regni corpus efficiūt: atqꝫ ad eli
gendum nonum regem ad viij.
klñ maias diem ſtatuūt. Roche
zana qui dudum apud greciuꝫ
exulauerat domum reuertitur.
ſuoqꝫ more inſaniens. romanaꝫ
eccleſiam cardinaleſqꝫ. patriar
chaſ. ceteroſqꝫ per orbem epiſco
pos blaſphemās. apd̓ ſolos bo
hemos incorrupte veritatis in-
ueniri ſacramenta dicit: precio-
ſiſſimum chriſti ſāguineꝫ paruu
lis ac demētibus prebet. Sacer
dotes ſue temeritati aduerſan-
tes. domo pellit: popularibus
cōmunionem ſub ſpecie vini re
cuſantibus. eccleſiaſticam ſepul
turam interdicit. Redeunt dā-
pnata tempora: ſuumqꝫ placitū
ſuum quiſqꝫ ingenium recepit.
Regina Elizabet iam filium ex
Alberto pepcrat. viij kaleñ. mar
cij. Ladiſlaū nomine: atqꝫ hun
garorum ei coronam impoſue-
rat. Mittuntur ad eam legati.
qui dicant ad eligendum regeꝫ
diem ſtatutaꝫ. Si quid iuris in
regno bohēie ad ſe ſpectare cō-
fidat. oratores mittat: qui reꝫ ſu
am agant. Regina natū ex Al-
berto filium in cunabulis oſten
dit. rogat ne patna hereditate
pupillum exuāt. Tempus mit
tendi legatos artum eſſe: neqꝫ
enim amplius qꝫ dies quideciꝫ
ſuperant. Si porrogetur termi
nus: miſſurā qui pueri iura diſ
ſerant. Erat inter legatos Pro-
copius rabenſteinus nobilis e-
ques. doctrina ac morum leni-
tate preſtabilis: cuius nos ami-
citia pluribus annis oblectauit
Is cum Alberto ſeruiſſet. habi-
turuꝫ ſe cure ait que regina mā-
daret. Reuerſus in bohemiam
eos primum adijt: qui ptes. Al
berti fouerant. Exponit regine-

deſiderium: ſuadet proferri con
uentum. Res digna ex auditõe
videtur. Uerum ptarſco et qui
Alberti recuſarãt imperium. cũ
iam prage conueniſſent. regno
conſulendum q̃ntocius eſſe di-
xere: reginam ſpernere. inſtare.
properare. vocarĩ abſentes. Illi
diem ex die cõſulto ꝓferre: mo-
re cauſas nectere. Interea le-
gati ab regina veniũt: fit freq̃ns
conuentus. Intermiſſi oratores
proceres rogant. Sigiſmũdi et
Alberti ſuorum' regum memine
rint. nepotem. filiumqꝫ. ne r̃ſpu
ant: cõtra ius gentium paternã
hereditatem puero ne adimant
Federa cũ auſtrialibus percuſ-
ſa ne violent: pupilli atqꝫ orpha
ni miſerantur Sunt non pauci
qui leto fauore legatorũ poſtu
lata ſuſcipiunt. At qui Albertũ
oderant. filiũ regem negare. cu-
ius patri tanq̃ regi non paruiſ
ſent. Infantem regno inutilem
eſſe. regem a regendo dictum: q̃
regendus ſit regem vocari non
poſſe. Anteq̃ Ladiſlaus adole
ſcat. longum tempus effluxurũ
eſſe: interim regem aſſumi qui
per ſe regat. Satis eẽ Ladiſlao
ſi poſt quatuor ⁊ viginti annos
ad regnum vocetur: medio tem
pore locum alteri faciat. Reges
regno dari. non regna regibus
Fridericum auſtrie ducem. iam
romanorum regem electum. bo
hemis indulſiſſe. vti quẽ vellẽt
r̃gem ſibi aſcierẽt. Uicit hec ſen-
tentia. Albertus itaqꝫ baioa-
rie dux: maiore ꝓcerũ voto rex
declaratur. qui apud venceſlaũ
quondã nutritus: bohemice lin
gue non ignarus erat. Mittun
tur ad eum primores regni. int̃
quos vlric⁹ roſenſis homo ſem-
per ſe tempori accommodans:
princeps fuit. qui licet Alberti ꝑ
tes olim defenderit: huius tam̃
ſentẽtie ſuaſor extiterat. Quib⁹
ea res indigna videretur. hi pro
copium ad Fridericum ceſarẽ
clam ire iubent: rogantes nobi-
le regnum ne pupillo negligat:
cuius tutelam ſuſceperit. Iam
cũ Elizabeth hungarorum in-
conſtantiam verita: qui ad po-
lonie regem defecerant: Ladiſ-
laum ad eum miſerat educãdũ.
Fridericus audito procopio miſ
ſis ad Albertum baioarium nũ
cijs. hortatur ne regnum ſibi ali-
enum vſurpare preſumat. quod
tum difficile tum ignominioſũ
fuerit Bohemis quibus d̃func-
ti regis heres eſſet. nõ licuiſſe a-
lium eligere. neqꝫ ſe poteſtatem
eam dediſſe: quemadmodũ in
bohemorum conuentu nonnul
li ementiti fuerãt. Procopiũ ve-
ro in bohemiam remittit. q̃ ius
Ladiſlai haut quaqꝫ ſe neglectu
rum aſſerat. Albertus ea virtu-
te atqꝫ animi moderatõne vſus
eſt. que poſtq̃ reges eſſe cepere:
rariſſima ſemper fuit. Nam ve-

nientibus ad ſe bohemorum le-
gatis: ample ꝛ nobile r̄gnum of
ferentibus gratias egit · qui ſe v
num ex omnibus elegiſſent · cui
parere vellēt · dignūq; tanto im
perio iudicaſſent · Multa ſe ideir
co debere bohemis · neq; id vn
quā beneficij obliuioni daturū:
At cum r̄gis Alberti ſoboles ex
tet · indecorum eſſe cū alterius in
iuria regnum querere: paternā
hereditatem nulli auferendam ·
qui pupillos ſuo iure diſpolient
dijs atq; hominibus inuiſos pe
nas aliquando patrati ſceleris
dare · cognouiſſe ſe non vano ru
more fedus antiquū inter bohe
mos et auſtriales extare: deficiē
te maſculina ſobole principē ne
foras aſſumant · fidē ſeruare pul
crum: ne cui temere noceatur ca
uendum · Sceleſtam execrabilē
q; vocem illorum qui regnandi
cauſa ius violandum aſtruunt ·
Atq; ita maiorem ſe ſpreto reg
no monſtrauit · ꝛ ſi verū fateri li
cet: clariſſimum egit regē · Naz
regnum apud eos qui ſpernūt:
non qui cupiunt

¶ De Ladiſlao infante bohe
morum rege quinto decimo

¶ Capitulum LVIII ·

BOhemi ab Alberto re
pulſi iterū conuenientes
legatos ad ceſarem mit
tunt: petentes tutorio nomine v
ti regnum accipiat · Is in belgiā
ſe iturum dicit · corone ſuſcipien
de gratia: cum redierit de re ipſa
tranſacturum: reuerſum poten
tiſſimi ex bohemia proceres ade
unt · Inter quos ptarſco cum eſ
ſet Alberti filio infenſus ſeorſuz
fridericum alloquitur: regez vt
ſeipſum faciat hortatur · facile id
futurum ſi tutelam pupilli reij
ciat · Nam cum ceteri deſint: bo
hemos ſuopte ingenio regnum
ſibi oblaturos · cui ex federe tan
q̄ ſeniori auſtrie principi debea
tur · Negauit fridericus orpha
ni cuius tutelā gereret: heredita
tem ſe quoquo pacto inuaſurū ·
nec tamen bohemiā tutorio no
mine adminiſtrare voluit · quaz
ſine profuſione magna pecunia
rum retinere non poterat · Naz
bohemi niſi ex r̄gibus quottidi
ana mūera accipiant: ab officio
recedunt · Neq; eſt regnum cui⁹
fiſcus abundat · Regie poſſeſſio
nes in priuatas manus perue
nere · argentifodine vnde opes
regie in immenſum creuere: ma
iore ex p̄te periere · Diſtracti cen
ſus · vectigalia prorſus extincta ·
niſi populares in ſumptus regi
os pecuniam conferant · quam
vocant bernam · aut rapere vnd Bern

Reſponſio Imperatoris Friderici Bohemis

viuat regem oportet· aut preca-
ria regentem mendicare· Sua-
ſit igitur imperator: ipſi per ſe ꝓ-
uinciam regerent: donec pupil-
lus adoleſceret· donatoſqꝫ ora-
tores a ſe dimiſit· Domum re-
uerſis gubernatores eligere pla-
cuit· inter quos ptarſco et mai-
nardus priores habiti Stetit a-
liqꝫdiu concordia diſcors· Naz
licet mainardo ptarſconiqꝫ facti-
onum capitibus parum conue-
niret: et alter conuenta cum con-
cilio habita ſeruanda eſſe dice-
ret· catholicarum tutor partium
alter ſperneret rochezane amicꝰ
ab armis tamen abſtinuere: me-
diumqꝫ quoddam temperamē-
tum inuentum eſt: quo partium
cuiqꝫ ſuo voto licerz viuere· Ve-
rum ptarſcone vi morbi repente
extincto: mainardi poteſtas au-
cta eſt· cui tum pragenſes· cū for-
tiores regni ciuitates paruere·
Id egre fuit aduerſe parti: que
ptarſcone defuncto ad georgiū
poggiebracium ſe contulerat· e-
umqꝫ ſibi ducez elegerat· iam ta-
men rei militaris peritia· rebuſ-
qꝫ ſtrennue geſtis inſignem· O-
rare igitur ne iacere ſuas partes
ſinat· Mainardum in dies cre-
ſcere· pragam in poteſtate habe-
re regni metropolim· ſacerdotes
qui romanum ritū introducant
magnificare· qui veritates patrū
ſequerentur perſequi· Occurrē-
dum temeritati homīs· qui pere-
grinos mores patrie anteponat
pragam ei auferendam· neqꝫ id
eſſe difficile· ciuibus non place-
re mainardi regimen· rocheza-
nam multos habere amicos· qui
excitato tumultu arma capeſſant
audendum eſſe fortibus viris for-
tunam ipſam aperire victoriam
Georgius ipſe qui ſuapte natu-
ra magna cuperet· collaudatis
ſuaſoribus nonnullos in vrbez
ire iubet· qui pertemptatis ciui-
um animis quecunqꝫ inuenerint
ad ſe referant· Poſtqꝫ multi au-
res adhibent: coniuratiōe facta
inuadende vrbis dies conſtitui-
tur· Coniurati incendium in ꝑ-
te vrbis admodum remota exci-
tant: concurritur ad reſtringen-
dum ignem· Interea georgius
ex aduerſa parte cuz copijs mu-
ros inuadit· nec mora prodito-
res in inſtanti portas aperiunt:
extollitur clamor vt capta vrbe
ſolet· Hinc tremor ſuprema timē-
tium: inde exultatō victorum ex-
audiri· Trucidantur paſſim re-
ſiſtentes· Mainardus in eo tu-
multu captus in arcem coniectꝰ
ibiqꝫ tandem obijt· ſiue tedio di-
utini carceris· ſiue vt pleriqꝫ pu-
tauerūt exhauſto veneno· Ex il-
lo tempore ſine cōtrouerſia pra-
ga in poteſtate georgij fuit· neqꝫ
pꝰ hac adūſari palā volūtati eiꝰ
ex barōibꝰ quiſqꝫ ꝓſumpſit· qbus

poteſtas ſuſpecta viſa durũ im-
perium: in contionibus lauda-
re hominem· probare regimen·
blandiri· adulari· vnum cum eſ-
ſe dicere· qui tandem regni cala
mitatibus modũ ponat· Id nul
la via rectius fieri poſſe ꝙ ſi rex i
regnum veniat· precari· numen
obteſtari· id patrie non deneget
legatos ad ceſarem mittat· inſtet
vrgeat· facturum tutorem deni-
q; quod in pupilli rem ſit· ſi per
gat adũſari: nihil bohemis im-
putandum alium regem querẽ-
tibus· Sententia q̃uis ingrata
georgio: accepta in auribus po-
puli refelli non potuit· Miſſi ad
ceſarem oratores nihil impetra-
uere: pupillaris etas excuſatio-
nem prebuit ꝙ ſepius idem tem
ptaretur· Venere plurimi ex
bohemis ad Fridericum viſen-
di regis gratia· Inter quos ge-
orgius nomine giſcra· armorũ
gloria clarus· qui partes eius v
nus ferme defenderat in hunga
ria: cum rex polonie regnum in-
uaſiſſet· predones ſepe acie fude
rat· iohãnem huniadem bis ca-
ſtris exuerat· rebellantes hunga
ros magnis cladibus affecerat·
Is vbi ad conſpectum regis in-
tromiſſus eſt apud nouam ciui-
tatem: quo in loco tũc aderam⁹
aſtantibus plurimis illacrimãs
Ladiſlai manum exoſculatus:
in huuc modum verba fecit· Vi
deo te tandem teneoq; mi rex:
ſi ſcires que pericula propter te
adiui· quibus me laboribus im-
plicaui· quot adũſo corpore vul-
nera accepi· En cicatrices teſti-
monio ſunt· patri ego tuo tibiq;
vitam deuoui· Nulla vis eſt nul
la fortuna: que alienare animũ
a te meum poſſit· officia mea ſo-
la tibi auferet mors· Sed tu hec
per etatem nõ intelligis: Et ſub
ridens· Quod inquit mihi pre-
mium fidei ac laboris erit? ꝛ qd
das militi tuo ſtipendium? Sex
tum tunc annum agebat Ladiſ
laus· qui poſtq; giſcra finem di-
cendi fecit: oculos huc atq; illuc
circumuoluens· loculos iohan-
nis magiſtri camere ſuſpiciens
ex philacteria pendentes: qua il
le nũmos more theutonico pau
peribus erogandos aſſeruabat
hanc tacitus arripit: eratq; ſex tm̃
neq; enim plura inuenit· illinc d
prompta giſcre dono dedit· Ad
mirati omnes pueri factũ· ꝛ pro
uidum et liberalem futurum iu
dicauere· Giſcra inexos poſtmo
dum auro nummos e collo ſu-
ſpendit: regie gratitudinis mo-
nimentum Hungari qui mor
tuo Alberto regẽ Vladiſlaum
ex polonia vocauerunt: diu im-
perium Ladiſlai obtrectauere·
belluq; aduerſus thurcos infeli-
cit fecere: in q̃ vladiſla⁹ fortit pu
gnans obtrũcatus ẽ In cõuẽtu
deinde ciuitatũ pceruq;: ladiſla
us rex appellatus: miſſa legatio

ad fridericum in qua regni pri-
mores fuere · decretum electio-
nis expoſuit: Ladiſlaum in hũ-
garia mitti coronandum poſtu
lauit · Reſponſum eſt recte hun
garos egiſſe · qui regem tandẽ
ſuum recognouerint · electione
inde haut quaq̃ opus fuiſſe in
eo · q̃ natura regẽ dediſſz: neq̃
coronandum eſſe · qui ſemel co-
ronatus ſit · Puerũ adhuc ege
re tutore: nullius tutelam ſalu-
briorẽ ei eſſe · q̃ Friderici impe-
ratoris ⁊ proximi conſanguinei
Expectarent etatem regno ydo
neã: interea ꝑ ſe regnum admi
niſtrarent · Diu inter hungaros
⁊ imperatorem ob negatum re-
gẽ inimicicie fuere: ⁊ armis q̃
temptata res eſt · Johannes hu
niades infeſtis copiis auſtriam
ingreſſus q̃uis ferro atq̃ igne
agros vaſtauerit · regem tamen
coronamq̃ · et que repetebat in
hungaria caſtella · obtinere nõ
potuit · Pugnauit iterum cõtra
thurcos: a quibus magno ꝓlio
victus · humilior factus · ceſaris
beniuolentiam ⁊ peciit ⁊ impe
trauit · Ob quam rem q̃uis ſe-
pe ⁊ ab hungaeis ⁊ a bohemis
Ladiſlaus peteret: res tamẽ ad
duodecimum eius annum pro-
tracta eſt · ¶ At cũ fridericus im
perialis corone ſuſcipiende gra
cia ytaliã petere ſtatuiſſet · rur-
ſus bohemi · hungari · ⁊ auſtria
les · legationibus ſeorſũ miſſis
imperatorẽ fatigauere · Ladiſ-
laũ repoſcentes: poſtulata om-
nib⁹ negata ſũt · Ad bohemos ·
qui ea de re conuentũ prage ha
bituri erãt · ac ferocius agere vi
debantur · regem alium electuri
niſi mos eis gereretur · legatos
mittere placuit: quib⁹ ⁊ nos ad
diti ſumus · Prouinciales · qui-
bus apud pragam dies ſtatuta
fuerat · craſſante illic peſte · in be
neſchauia ꝯuenere · quos in fre
quenti conuentu · preſidẽte ge-
orgio poggiebracio · in hũc mo
dũ allocuti ſum⁹ · Petiuiſtis ex
ceſare viri bohemi · Ladiſlaum
regis quondam veſtri filiũ · ad
vos mitti · idem hungari · idem
auſtriales · importunis precib⁹
exigunt · Si vobis mos geritur
illos offendere neceſſe eſt: ſi pre
ces alioꝝ audiantur: contemne
re veſtras oportet · Si neceſſari-
um ſit alterꝝ ex duobus · veſtraz
amiciciam ꝓferet impator · Ve-
tus eſt enim maioꝝ ſuoꝝ cum
bohemica gente fedus: ⁊ accep
torum vltro citroq̃ beneficioꝝ ·
memoria recens · Sin ꝟtus · cla
ritaſq̃ penſitanda eſt · q̃s bohe-
mico nomini non inuideat · cu-
ius victorias tempeſtate noſtra
plures numerare licet · q̃ relique
gentes omib⁹ ſeculis compare
potuerint: Uerum ceſari h̃ tpe
in hanc electionem deſcendere
haut quaq̃ neceſſarium videt:
quãdo ea pueri etas eſt · q̃ neq̃

vobis neq̄ȝ hungaris vſui eē po
teſt · Eſto · veniat in bohemiam
Ladiſlaus · qđ inde regno emo
lumentuȝ cedet? Jlle ne ius liti-
gantibus dicet · ſtatum reipubli
ce reformabit · aduerſus hoſtes
copias ducet · belli · paciſue mu-
nia obibit? Nihil horuȝ p̄ſtare
poteſt : cui recte tutela opus eſt
Jllud in p̄mis eius aduent⁹ fa-
ciet · Regis pompa ducenda ē ·
ornanda regia · adhibēdi mini-
ſtri : curia more ꝓgenitoꝝ appa-
randa · Ad hec grandi pecunia
opus · Vobis nullum erariū eē
audio nullos cenſus : nulla vec-
tigalia publica · Ad veſtras igiꝭ
opes recurrendum : vos p̄ſtare
ſumptus · vos regem alere · vos
inexplebilem curiaȝ ⁊ inſaciabi-
les miniſtros explere oportebit
Video p̄terea inter vos ſi pau-
cos eſſe proceres · cōſilio aucto-
ritate · atq̄ȝ opibus · pene pares
Cura regis vni ꝯmittēda erit ·
non omnibus · Jlle domin⁹ · il-
le rex veſter iudicabitur · qui re-
gis corpus in poteſtate habebit
Et quis veſtrum eſt · qui nō euȝ
honorē ſibi q̄ȝ alteri malit? Se-
mina inter vos diſcordiaruȝ pe
titis · niſi prius in vnum conue-
neritis · q̄ regis cure p̄ſit · Vos
hijs incōmodis Frideric⁹ libe-
rat : qui ſuo ſumptu pupilluȝ re
gium gubernans · diſſenſionuȝ
vobis fomiteȝ aufert · Nec vos
latet · quandoquideȝ tenera re
gis etas eſt · corp⁹ ei⁹ in poteſta
te ceſaris rectius eſſe · q̄ȝ in alte
rius cuiuſpiaȝ · Jlle eīn conſan-
guine⁹ eſt · ex eadem familia na
tus : ⁊ imꝑator · Et quis pupil-
lo regi conuenientior tutor deꝭ ·
q̄ȝ p̄nceps principum? Si ſit in
ter vos ⁊ hungaros contentio
coraȝ extraneo iudice · de cuſto-
dia corporis regiſ : par cauſa ve
ſtra atq̄ȝ illoruȝ iudicabiꝭ Vtq̄ȝ
regeȝ petitis · vt q̄ȝ fidelitatis do
cumenta p̄ſtabitis Verum in h̄
illi ſuꝑiores erunt : quia natum
apud ſe regeȝ · coronatumq̄ȝ di
cent · Apud ceſarem veſtra cau-
ſa longe iuſtior eſt · q̄ȝ hungaro-
rum : ſeipſum tamen in cura pa-
truelis vobis p̄fert · Curate re-
gnū · pupillū ſibi dimittite : quē
poſtq̄ȝ pubes fuerit · vobis in p̄
mis credet · Qđ vo oratores ve
ſtri dixere · alium regem accerſi-
endū a vobis eſſe : id magis ter-
roris incuciendi cauſa dictū im-
perator exiſtimat · q̄ȝ quod ani-
mo veſtro ea ſentencia ſedeat ·
Neq̄ȝ eniȝ veſtra fides incorru-
pta prius · hoc repromittit : neqȝ
progenitorum Ladiſlai in vos
collata beneficia h̄ exigunt · nec
innocens eius etas q̄ꝗȝ deme-
ruit · Ceterum voluite animo p̄
us vt ſapientes decet · quē nam
Ladiſlao preferre poſſitis : cui⁹
ſanguinem · ſi matris originem
memorie teneatiſ · quatuor roma
norum imperatores produxere

Si paternam proſapiam exqui
ritis: quinquies imperatoria di
gnitas i auſtriali domo reſedit
Obſcuritatē querat neceſſe ē:
cui tanta claritas non ſatiſfacit
Addite potentiā· amicicias· cli
entelas· Auſtriam vobis vicinā
poſſidē Morauia Sleſia illi pa
rent: hūgari ꝛ ſi res nouas mo
liri videantur· ab officio tamen
non recedent Imperator a quo re
gnū veſtrū dependet· ſanguini
ſuo non deerit: nec ius familie
ſue negliget· Baioarie Saxo
nieqꝫ duces· marchioneſqꝫ brā
denburgenſes· ꝛ omnes ferme
germanie principes· Ladiſlaū
propinqua neceſſitudine attin
gunt· Non poteſt hic pupillus
offendi: niſi ꝛ tota germania le
datur· Hec ſuperfluo vobis cō
memorari non ambigo· verum
ita iuſſit imperator· Ille in ytali
am pupillū ſecum adducet: re
ductum· puberemqꝫ factum· ſi
perſtiteritis in fide· ad vos pri
mum mittet Vos interea pro gra
uitate integritateqꝫ veſtra· quod
in rē bohemici regni· pupilliqꝫ
ſit· conſulere admonet· Veriſi
milis oratio viſa· neqꝫ ſine fauo
re accepta: acceptioremqꝫ pro
copius noſter collega reddidit·
qui patrio ſermone· latine ling
ue ignaris· verba noſtra interp̄
tatus eſt Juſſi ſumus ex conuē
tu paululū abire: mox reuoca
tis reſponſum datum· Reddite
imperatori grecie· qui eā lega
tionem miſiſſet: atqꝫ in dimittē
do rege· bohemos preferret cete
ris Accipere ſe bene cōſulta cō
ſilia: miſſuros ex nobilitate ſua
primarios iuuenes· qui ceſarē
ytaliam petentem ſequant· eiqꝫ
miniſtrent· Expectaturos quie
te reditum· quē felicē fauſtumqꝫ
ſuperum benignitate futurum
exoptent·

## De morte barbare Imperatricis· vxoris Sigiſmundi·

## Capitulum· LIX·

Apud grecium Barba
ra imperatrix ea tem
peſtate decedit· inexhau
ſte libidinis mulier: que īter cō
cubinos illaudatum euū pub
lice agitans· ſepius viros petijt
quē peteret· neqꝫ chriſtiane neqꝫ
alteri cuipiā religioni aſtricta:
quippe que ſuperos inferoſqꝫ vl
los eſſe negabat· Ferunt eā an
cillas ſuas ſepe orantes ieiunā
teſue increpaſſe· que corpus ſu
um fruſtra macerarent: fictūqꝫ
celi numen· placare verbis cre
derent Viuendum ſuauiter dū
vita ſuppetit: fruendumqꝫ volu
ptatibus· Id tantū homini da
tum· cuius anima cum corpo
re ſimul extinguit: ſomniare q
alteram vitā ſibi promittunt Cō
grua moribus ſententia· Nā q

flicto animi cultu voluptati cor
poris ſe dedere: grauati viciorū
ſarcina·non quib' explicent vi
tamqꝫ corrigant· ſed q̄ ceptum
iter approbent·ea dogmata faci
le imbuunt·Neqꝫ ingnatis mē
tib' ſolamen vllum valenci': q̄ꝫ
totum extingui morte hominez
opinenť·Vna ſalus deſperanti
celū: inferos non timere Corp'
Barbare q̄uis infidelis femie·
bohemi pragaz tulere: pactoqꝫ
funere in ſepulchꝛ regum cōdi
dere·Nec defuere ſacerdotes·
q̄ prophanum cadauer eccleſia
ſtico ritu ſepelirent·Nō ſunt re
gibus ſcripte leges: nec in bohe
mia q̄cq̄ꝫ non p̄miſſum·Frede
ricus poſtq̄ꝫ q̄etnros bohemos
intellexit·quoꝝ motus in p̄mis
Vebať·reclamantib' hungaris
ꝛ auſtrialib'·aſſumpto ſecū la
diſlao rege·ytaliā ingreſſus au
guſt alem coronam a Nicolao
q̄nto pōtifice maximo rome ac
cepit·Exin viſitato apud nea
polim rege alphonſo·cuius tuz
opes florentiſſime fuerť·cuiuſqꝫ
neptem in matrimonium duxe
rat·leonoraz·regis portugallie
filiaz·morib' ac forma p̄ſtantē:
domū rediit·In eo itinere La
diſlaus ſepe fugaz molitus eſt·
ꝯſilio pedagogi fretus: cū quo
poſtea captus·vſqꝫ in hunc diē
cuſtoditur in vinculis·

Quomō auſtriales Ladiſlaum
regē ab impatore petētes·nō ex
auditi·bellū mouent·Nouāqꝫ
ciuitatem obſident·

¶ Capitulum· LX·

AVſtriales interea ſuaſo
re Vlrico Eyzinghero·
ſumptis armis·p̄ſides
puīcie a friderico inſtitutos vi
pellunt: gubernatores ex ſeipis
duodecim eligunt·ſummā rerū
Eyzinghero cōmittunt·Incen
torem q̄ꝫ nouitatum alteꝝ Vlri
cum cilie comitez·in ſocietatem
accipiunt·auxilia ex vicinis gē
tibus acceſſiunt: reuerſuz impa
torem·miſſis legatis·aut regez
Ladiſlaum tradere·aut belluz
expectare iubent·Poſtulatis ſi
tam reiectis q̄ꝫ ſuſpenſis: impa
cientes magis more q̄z belli·in
feſtis ſignis nouam ciuitatē pe
tunt·Cōmittitur p̄mo aduētu
atrox pro portis prelium: null'
ſagittis modus·cadunt ſine nu
mero tela·Bombarde ſtragem
hoſtium horrendaz edunt·Mi
ſerabile viſu·diſiecta paſſim mē
bra equorum atqꝫ hominuz cer
nere·cruorez late fluentem aſpi
cere·Qua denſiſſima fuit·vnuſ
p̄fregit aciez lapis emiſſus·idez
alius atqꝫ alius fecit·proſtratis
q̄cunqꝫ occurrere·inermib' atqꝫ
armatis: nec t̄n īntermiſſa pugna
Conglobati hoſtes·magis ac
magis inſiſtere·Vbi res gla
dio geri cepit·ac vir viꝝ manu p̄-

hendit· equus equum impulit:
pugnatum eſt aliquādiu equo
marte Poſtremo ceſarianorum
acies·non tam virtute q̄z multi-
tudine ſupata·terga dedit·atqꝫ
in vrbē trepide ſe recepit:vnius
militi Andree Poumkyrcher·
poſtea a Ceſare ad baronatum
ſuffecti·audacia·ciuitatez tuta
eſt·Qui ne victores cum victis
vno agmine irrumperent·tam-
diu pro porta ſolus impetum te
nuit:donec conuerſi fugientes·
globo facto·ex loco difficili ho-
ſte repulſo·ianuaz clauſere· Fir
mata eſt deinde obſidio: et op-
pugnata machinis menia· Ex
bohemis·ſolus Heinric⁹ roſen
ſis cum ducentis equitibus·pe-
ditibus ferme octingētis·in ca-
ſtris fuit·Vngari nondum ve-
nere· Neqꝫ enim per inducias
bellum inferre ceſari licebat Au
ſtrales·circiter duodecim milia
militūz·expeditos in armis ha-
buere· Georius poggiebraci⁹·
ceſari·cuius erat amicus·opem
laturus·ſedecim milia militum
congregauerat Sed audita cō
cordia·in agruz regulorum ro-
ſenſium·exercituz duxit: villaſqꝫ
late populatus eſt· Imperator
eū̄ interuentu caroli Marchio
nis Badenſis· Sigiſmundiqꝫ
Salczburgenſis archiepiſcopi·
Ladiſlauz e manu ſua dedit:au
ſtrialibus multa promittentib⁹
que mox barbara fide negaue-
runt· Inter cetera conuentū
erat·ad·iij·ydus Nouembris
conuentum wienē habere· in q̄
vocati vtriuſqꝫ partis ꝯſangui-
nei·bohemi quoqꝫ atqꝫ hunga
ri· de tutela regis nondum pu-
beris iudicarent Ladiſlaum in
terea in poteſtate comitis Cilie
extra wiennam degere· nihil ꝓ-
us adminiſtrare ·q̄z conſilij de-
cretum fieret· Uerum puer po-
ſtridie in vrbem ductus· ſūmis
nouiſqꝫ honoribus exceptus· e
ueſtigio magiſtratus in ciuitate
creauit:prefecturas tota proui-
cia inſtituit·Sacerdocia dona-
uit:regio more curiā erexit·Hū
gari ad eum venere· Int̄ quos
Johannes huniades fuit· q̄ tū
comitatum Biſtercenſem regia
beneficencia conſecutus: haut
aliter q̄z principes conſueuere·
noue dignitatis inſignia ſuſce-
pit· Accerſiunt τ regez ſuum bo
hemi·cum Georgio poggiebra
cio:quibus non minora Ladiſ
laus pollicitus·q̄z pater·atqꝫ a-
uus promiſerant· Poſtq̄z dies
affuit cum imperatore conſtitu-
ta: Ludowicus baioarie· τ wil-
helmus Saxonie duces· Alber
tus quoqꝫ Marchio Branden
burgenſis· Carolus Badēſis·
τ multi ex Germania prelati ac
principes aduenere· Frequens
conuentus habitus· In q̄ preci
piente Ladiſlao·oratores impe
ratoris·inter quos τ ipſe fuim⁹

ita auditi ſunt: vt victi apud vi-
ctorem Fruſtra equitas·fruſtra
honeſtas·in medium deducta·
Cuncta ex arbitrio comitis ge-
rebant·Ipſe pro rege verbū fa
cere·ac reſpondere: qui neq3 le
ges neq3 pacta victorez obliga-
re poſſe aiebat·Fridericum ⁊
iure ſimul ⁊ bello excidiſſe: ar-
matis ac fortibus iura fauere·
Poſtremo infectis reb⁹ conuē-
tus diſſolutus·Nicolaus cardi
nalis ſancti petri·doctrina ⁊ vi
te integritate cōſpicuus·ad cō-
ponendam pacē apoſtolico im
perio miſſus·ab auſtrialibus re
iectus eſt·Ladiſla⁹ q̄uis rex ap
pellaret·alieno tamen arbitrio
ductus·in regnis ſuis trium vi-
ratū deduxit·Johannes hunia
des hungariaz rexit: poggiebra
cius bohemiaz Ulricus auſtriā
Penes hunc maior auctoritas:
qui regem in poteſtate habens·
illis quoq3 imperare poſſe vide
batur·Promiſerat Ulric⁹ ⁊ hū
garis ⁊ bohemis regem ad eos
prope diem venturum·Hunga
ris primū ſatiſfacere ſtatuit·diē
illis apud pozonium conſtituit
Conueniunt frequentes hūga
ri: res ibi pro voluntate hunia-
dis ordinant·Potentiori oīa
parent·Ulterius regnuz ingre-
di neq3 regi neq3 comiti viſum·
Fit reditus in wienam· Bo-
hemis dies inſtituit· qua regez
coronandum prage ſuſcipiant·
Erat inter bohemos Johānes
ſmyrichcus·homo nobilis: ⁊ fa
cundie gratia inter primos con
ſtitutus·Is poſtq3 regem bohe
miā ingreſſurum cognouit·lit-
teras huiuſmodi ad eum dedit
Johes ſmyriche⁹ Ladiſlao re-
gi ſalutem·Ventuz te q̄primū
in regnum tuuz probo: ſi modo
imperaturus veneris·non pari
turus·Inermem·inpotētemq3
intrare non laudo ſi non bicipi
tem mater peperit·vt ex duob⁹
capitibus vnū wienne apud a-
micos dimittas: alterum bohe-
morum dubie credas fidei·Ua
le Epiſtola comiti reddita eſt: q̄
cognito tenore Georgio eaz re-
miſit·Ille accerſito proceruz cō
ſilio·inter quos iohānes nō in
poſtremis erat·litterarū ſenſuz
ſuppreſſo ſcribentis nomine·re-
citat: quid mereatur ſcriptor ꝑ-
cunctatur·Dignum morte pri-
mi iudicant: nec johannes ſuo
loco ſentenciā dicere iuſſus·ad-
uerſari audet: proditorem ⁊ ip-
ſum patrie·afficiendumq3 ſum-
mo ſupplicio cenſet·qui ea ſcrip
ſit·Profertur mox epiſtola eius
manu conſcripta: ⁊ impreſſum
annuli ſignum recognoſcit·Dā
natus ore ſuo·comprehenditur
duarum horarum tempus dat·
in quo ſi velit·⁊ anime ſue ſalu-
ti·⁊ domeſticis rebus conſulat·

Nec diucius vite dimiſſus: gla-
dio percutitur. Sic vir magis e-
loquens q̄ cautus. dum alienā
ſeruare vitam ſtudet: perdidit
ſuam.

De eiectione Comitis Cilie. ⁊
priuatione āminiſtrationis ſue

Capitulum. LXI.

Comes iterea. vt q̄ ſplē-
dide regem in bohemi-
am duceret. haut igna-
ue operam dabat. ad eam rem
non parum auri neceſſariū erat
Publicum erarium exhauſtum
qui eam ſummā crederent. neq̄
negociatores neq̄ proceres in-
ueniri. Mos eſt auſtrialibus q̄-
tiens repentina principi neceſſi-
tas congruit. ex ſubditis ꝑ mo-
do facultatum pecuniam exige-
re: q̄ vocant ſteuram. Id tamē
irremiſſu prouincialiū haut ꝑ-
miſſum. Huc ergo reuertit̃. Cō-
uocantur apud nouum tritici-
burgum pro veteri conſuetudi-
ne quatuor ordines: ſacerdotes
barones. nobiles. ciuitates Ibi
comes preſente rege conuocatō-
nis cauſam edicit. Iter in bohe-
miaꝫ regi neceſſarium oſtendit.
qua pecunia ſit opꝰ exponit. ꝑn-
cipi ſuo vt ſubueniāt hortatur:
neq̄ inopem. mendicantiq̄ ſi-
milem. ad coronaꝫ ſuſcipiendā
ire permittant. Conuentus de-
liberandi copiam petit Ibi ey-
zingherus. qui iaꝫ pridem a cō-
mite ſuſpectus. extra regis gra-
ciam eiectus. occaſionem qua
ſe vindicaret expectabat. ydo-
neum nactus tempus. vocatis
ſeorſum primoribus. quos ſibi
fidoſ. comiti infenſos credit. ita
locutus fertur. Quid agimꝰ vi-
ri auſtriales. ſemper ne cilienſis
mancipia erimus? Imperato-
ris iugum excuſſimus. vt comi-
ti ſeruiremꝰ? Moderacius cer-
te illius regnum fuit: tollerabi-
lior duracio. Ille in auſtria na-
tus. noſtrorum principum ſan-
guis erat: ⁊ ſi verum fateri libꝫ.
noſtri domini dominus. Quia
tamen ex re ſua magis q̄ princi-
pis noſtri prouinciam rexerit:
arma ſumpſimus. prefectos e-
ius eiecimus. regem noſtrum
vendicauimus. Hic ille noſtra
demuꝫ etate principatus hono-
re donatus. nos omnes pro ſer-
uis habet. Cui noſtrum de re-
publica conſiliuꝫ creditur? In-
iuſſu noſtro rex in hungariam
ductus eſt: ſuperis gratia qui
remiſerunt incolumem. Nunc
neſcientibꝰ nobis promiſſus bo-
hemis: hungarica bohemicaq̄
negocia. ſolus comes pro libidi-
ne ſua ducit. Neq̄ ꝯtētus duo-
rum regnoruꝫ gubernatores ve-
ctigales ſibi feciſſe: auſtriam ſo-
lus exhaurit. Nam quota por-

cio eſt·quã regius ſumptꝰ acci-
pit: Quicq̃d reliqui eſt·comiti
cedit· Maior ei q̃ȝ regi familia
fuit Tacco concubinam inſtar
regine cultam: cuius virum con
ciuem noſtrum o viennenſes in
terfecit· Plena predonibꝰ ⁊ me
retricibus domus eius: inť hos
regias opes effũdit· Magiſtra
tus·ꝑfecturas ·ſacerdocia ven-
dit: vbi nõ ſufficiũt publica fur-
ta·ad priuatas facultates manꝰ
admouet· Quicq̃d olim pecca-
uere opulẽti·hodie plectiť: nul-
la vetuſtas impunitatẽ criminiſ
habet· Neqȝ tuta innocentia ẽ·
in cõuicta puniũtur ſcelera · Et
offendiſſe maieſtatem conuinci-
tur: quiſquis diues habeť· Ne-
mo ſue ſubſtantie certus domi-
nus· Equi ·ſerui·liberi· coniu-
ges veſtre·pro libidine comitis
auferunť· Quibus in bohemiã
pergat pecunijs fateor non iniq̃
poſtulatio ẽ: ſi fraus abſit· Cau
ciorem me comitis artes ac vſu
cie reddunt· Si hec pecunia nõ
regi queriť: nouum aliqđ bellũ
nouũ argentum pariet· Noſtriſ
alitur malis: ſua quies·pax eiꝰ·
noſtrum bellum eſt· Inſecuruȝ
facit noſtra ſecuritas Pudȝ me
pacientie noſtre: qui ſi viri eſſe-
mus·facile obprobriũ hoc e no-
ſtris oculis eiceremus · Sȝ fuit
hactenꝰ prohibita ꝯuentio: nũc
ſimul congregatis reipublice li-
cet conſulere· Reſumite alacres
ſpiritus·amicos quiſqȝ veſtros
cõmonitos reddite· ad imperi-
um preſto cuȝ armis adſint· Ac
cingimini mecum: aut vobis li-
bertatem·aut mihi mortem pa-
rabo Illud in primis michi ex
vſu videť·multitudo ne regi po
ſtulata đneget: paucos ex ꝓmo
ribus eligat·qui regeȝ adeũtes·
ſe motis arbitris ꝓuincie neceſ-
ſitates exponant· Non dubiuȝ
quin vobis mihiqȝ id numeris
demandetur· Ego·ſi regis allo
quendi facultas detur: excluſu
rum me comitem nequaq̃ȝ am-
bigo· ¶ Placet Eyſingheri cõ-
ſilium·dant inuiceȝ dextras · iu
re iurando ſe aſtringunt alterũ
alteri nõ defuturum : donec co
mes eiciatur· In conuentu pro
uincialium que volunt ex ſentẽ
cia ordinant· Nec morati·regeȝ
adeuntes·daturos argentuȝ ꝓ
uinciales offerunt: eſſe tamẽ q̃
ſoli ſibi mandata perferant· rẽ-
publicam auſtrie concernentia·
Juſſis exire ceteris: ſoli apđ re-
gem manent· Ibi Eizingherus
regem auſtriali ſanguine natuȝ
dicit : nullos ſibi fideliores au-
ſtrialibꝰ eſſe· Impiũ eius·illť na-
turale: cẽteris violentũ · Cõſiliũ
ab hijs recipi oportere q̃ amãt·
Moleſte ferre auſtriales ꝓncipl
ſui negocia nõ bñ adminiſtrari
expilari prouinciam·vexari ſub
ditos·vicinoꝝ odia prouocari·
Comitem dotare ſuos: regẽ ad

ínopiam r̄digere Ladiſlaum re
gem vocari·comitē regnare· bel
lum ab eo cum imꝑatore nutri·
ri·Gubernatorem autem Hun·
garie annuo; quattuor ⁊ viginti
milia nummum regi pēdere· co
miti duodecim milia· Idipm̄ re
liquos ꝓuinciarum preſides fa·
cere·omnes comiti vectigales eſ
ſe· Nichil dubium quin ea mēs
hominis ad r̄gnum quoqꝫ aſpi
ret: amouendum eum priuſquā
meditata ꝑficiat· In atrocibus
delictis etiam cogitatōnes plec·
tendas eſſe· Poſſe haut difficile
comitem eijci: verum taciturni·
tate opus· Aperto conſilio poſt
q̄ꝫ cuncta placent· intromiſſo co
mite deliberatio cōuētus expo·
nitur: promiſſa pecunia dicitur·
Viennam tamen dum exigitur
eſſe petēdam·ordinandam ciui·
tatem·ne quid in abſentia r̄gis
turbarum exoriatur· Ficta pro
veris pleriqꝫ referunt· Cōmen·
dat deliberata comes Eyzin·
gherus viennam precucurrit: ſe
natum de mēte regis edocet· cu
ius reditus ciuitati iocūdiſſim⁹
fuit· Nihil prima die actuꝫ· Po
ſtera ſummo mane Eyzingher⁹
regiam adit: collocatis ī ꝑrimo
diui auguſtini tēplo mille arma
tis· q̄ preſto ad ſignū irrūpant:
alios tectis armis intrare pala·
cium iubet· Conueniunt freq̄n·
tes conſiliarij·regem in cubicu·
lo ſalutant; ꝓceres exiturum in
aulam expectant· Ex familia co
mitis nemo intromittit· Vltim⁹
omniū adeſt ipſe comes: q̇ apud
concubinam dormierat· nec taꝫ
cito veniſſꝫ niſi vocatus ab ami
cis in palacio nouas res parari
accepiſſet· Pulſanti fores nō pa
tuere: donec fures calcibus in·
ſultauit· Vbi ad regem ventum
eſt: ſilētium aliquādiu ſeruatum
Deinde Eyzingherum innuēte
rege ita locutum accepim⁹· Ab
hac hora comes regiam tibi cu·
riam interdictam ſcito: abi quo
libet gentiū· Neqꝫ poſt hac gu·
bernatoris nomen neqꝫ conſilia
rij neqꝫ regij familiaris vſurpes
Hec me tibi dicere rex iuſſit· Ad
ea comes nichil mutato vultu:
forti ⁊ conſtanti animo indignū
ſe cui talia dicerentur r̄ſpondit·
Emulorum ſuorum ea eſſe non
regis· ſolere principes qui de ſe
benemeriti eēnt: his meliora re·
ferre: ſe patri Alberto· ſe matri e
lizabeth· ſe ipō ladiſlao ſumma
fide ſeruiuiſſe· pro eo ṗus fudiſ·
ſe ſanguinem q̄ꝫ naſceretur· Bel
la eius tam difficilima confeciſſe
fuiſſe in carceribus· patrimoniū
fudiſſe· imꝑatoris odiuꝫ incidiſ·
ſe: vt regnum ei conſeruaret· ſci·
re ſe benignum regem habere et
accepti beneficij memorē· Que
dicta eſſent verba: moribus ſuis
non conuenire: eyzingheruꝫ ea

excogitaſſe: qui iam pridem ſibi
fuiſſet infenſus· quoniā ꝑ ſua li-
bidine expilare regis bona non
potuiſſꝫ· Orare ne plus inimico
rum odia ꝙ ſua merita valerent
ne bonitatem regiam aduerſari
orum malignitas vinceret· Fit
ſilētium locuto comite: nō ſatis
certo ſenſitu· an rex in ſententia
perſiſteret· ⁊ mutatum eius ani
mum ratōne comitis verebātur
iclinaturi quo ille ſe verteret: ex
cuius nutu pendere victoriā no
rant· Eyzingherus de ſtatu ſuo
ſollicitus nichil conctādum ra-
tus: priusꝙ rex comiti rńdere-
ret: ita inquit· Ego mandāte re-
ge verba feci· nihil de meo locu-
tus ſum: ipſe adeſt· ipſe me iu di-
cet· Dabo merito penas: ſi meā
tibi comes non regis voluntatē
expoſui Effare tandem rex opti
me: nec nos vltra ſuſpēſos tene-
to· Tum rex placide vt conſue-
uit· ex mea inquit intētiōe ac vo
luntate locutus eſt eyzingherus
atqꝫ his dictis ſubticuit· Vidiſſes
erectas auſtrialium mētes: ⁊ iaꝫ
comiti tanꝙ victo eiectoqꝫ inſul
tantes· Ille ad proceres exiens
quos in aula congregatos dixi
mus: eiectōnis ſue cōtumeliā ex
poſuit: conſilium atqꝫ auxilium
expetēs· Quibus in volūtate re-
gis omnia ſita reſpondentibus
ad ſororem regiam ſe cōtulit: ab
ea preter lachrimas et muliebrē
eiulatum nichil extorquet· Et iā
vndiqꝫ per pallacium ire arma-
tos animaduertit· Cedendum
itaqꝫ potenti inuidie cenſuit: ne
ꝙ parum putauit ex inimica ci-
uitate ſaluum corpus educere·
Clientes eius audita rei nouita
te ſibi quiſqꝫ fuga conſuluerant
Tacitus igitur et confuſo ſimi-
lis cum quatuor tm̄ comitibꝰ ex
aula diſcedens: in patriam ſuaꝫ
conceſſit· Albertus marchio brā
denburgenſis ne populares ſa-
xa in eum iacerent: ad portā vſ-
qꝫ tutum iter fugienti prebuit·
Uerum quis prohibite manꝰ fu
ere: lingue libertate vſi probroſa
in abeūtem maledicta omis ge-
neris congeſſere· Inconſtantis
fortune ſingulare documentum
Nam qui paulo ante tutor regi
et ſecūdum in auſtria caput erat
in quem omnium oculi reſpicie-
bant: qui belli paciſqꝫ mūera ſo-
lus agebat: vnico regis vbo po
teſtate priuatus· inops conſilij·
et animo confuſus abijt

## ¶ De coronatione regis Ladiſlai ¶ Ca· LXII

Rex paulopoſt magnifi-
centiſſimis apparatibus
bohemiam petijt: atqꝫ i
praga ſummos conſecutus ho-
nores: regni coronam accepit·

bohemi in eius ſumptus ſuoꝝ
quiſqȝ cenſuum tertiam partem
contulere. Ex ea pecunia coro-
nationis ſolennia peracta ſunt:
ſupportata curie onera. ⁊ nōnul
la corone caſtra redempta. que
vel Georgio. poggiebracio vel
amicis eius commiſere Manſit
ibi non paruo tempore ladiſla-
us: nec vnqȝ hereticorum eccleſi
as ꝗuis rogatus intrauit: neqȝ
ſacris eorum interfuit. Preſbyter
quidam ex factione rochezane:
in ſacello arcis rem diuinam fa-
cturus: ſacerdotali veſte ornatꝰ
ad altare conſcenderat. Rex eo
in loca ſacra quibus intereſſȝ ce-
lebrare iuſſerat. At vbi hereticū
id muneris occupaſſe. nec velle
alteri locum facere didicit: miſſo
magiſtro militum: pphanum ſa
cerdotē niſi abiret rapi extra ſa-
cellum: ⁊ de prima rupe precipi
tari iuſſit. Illi carior vita ꝙ con
tumacia fuit. Rochezanā in cele
britate corporis chriſti ſacraȝ eu-
chariſtiam per vrbem deferentē
ex feneſtra conſpicatus: nullum
reuerentie ſignum prebuit. Per
cunctantibus amicis vt quid ſa
cramentum inhoneſtaſſet: Non
me latet inquit diuiniſſimū chri-
ſti corpus dignius eſſe ꝙ per me
ſatis honorari poſſit. nec mea re
uerentia gloriam eius auget. ne
qȝ dehoneſtatio decus imminu-
it. Uerum michi cauendum ne
dum chriſtum honoro: ſacrilegū
preſbiterum rochezanam popu
laribus approbaſſe videar: quo-
rum pleruncqȝ mores ex principe
pendent. Nec illi me deum con
tempſiſſe putabunt: cuius ſacra
tiſſimuȝ corpus catholici preſby
teri manu ſummiſ ſemper hono
ribus proſecutū videre. Gra-
uis heretice factioni: iam mora
regis in bohemia eſſe cepat: cu-
ius ſacra ab eo ⁊ a ceteris princi
pibus dietim confluentibus cō-
temnebant. Et iam qui decep
ti errabant: aliorum contempla
ti mores ſuas ineptias ꝯgnoſcē
tes. relicta huſſitarum perfidia:
ad eccleſiam reuertebātur. Ob
quam rem cupientem in auſtriā
reuerti regem. nullus heretico-
rum eſt aduerſatus. Prius ta-
men ꝙ rediret Uratiſlauiā no-
bilem vrbem reuiſit ſleſitarum
caput Ibi cum diuinis intereſſȝ
in ede pontificali frequēteſqȝ p̄n
cipes conueniſſent: poggiebraci
us quoqȝ proximus regi aſtaret
fama eſt. eaqȝ vulgata chilianū
quendam paraſitum ex his qui
ſtulticiam ſimulantes alios ſtul
tos faciant. poggiebracium his
verbis compellaſſe. Quo vultu
ſacra noſtra reſpicias plane ad-
uerto: animum nō intueor. Fa-
re obſecro. nonne ſatis nitida ti
bi vidꝛ noſtra ꝛligio? Uides ne
ꝙ multi ⁊ magni p̄ncipes. et ipſe

rex noſter vnum ritum ſequant
Cur non his potius q̃ rocheza
ne conſentis? An plus ſape pau
cos bohemos q̃ reliquam xp̄i ec
cleſiam cenſes? Quin relicta in-
condita plebe: nobilitati te iun-
gas nobiliter. At poggiebraciuſ
Si tua hec ſunt verba inquit: nō
es quem ſimulas. tibi tanq̃ pru
denti reſpōdeo Sin aliena. ſatiſ
facere me illis optet. Audi ergo
Eccleſiaſticas ceremonias ſua
quiſq; pro fide gerit. Sacrificia
ca facimus: que credimus deo
grata. Neq; noſtri arbitrij ē cre
dere quod velimus. Victa mag
nis ra[illegible]onibus mens humana:
volēs nolenſq; capitur. vtq; na-
tura inſtituta ē: altera facile tra-
hitur. altera elabitur. Mihi per
ſuaſa eſt meorum ſacerdotuʒ re
ligio. Si tuam ſequor: homines
fortaſſe fallam anime mee cōtra
rius. deum qui corda inſpicit ne
queo fallere. Neq; me tui ſimilē
ſe decet. Aliud hiſtrioni. aliud ve
ro nobili conuenit. Hec vel tibi
habeto ſi ſapis. vel his referto. q̃
te ſubmiſere. Comes cilie dū
hec agunt fractus aīo et omni
ſpe reliqua deſtitutus. ab eo pe
tere ſalutē coactus eſt. cui9 ſalu-
ti fuerat inſidiatus. Ad frideri-
cū igitur cōfugiēs: malo ſe vſuʒ
conſilio dicit. qui dn̄m ſuum re-
liquerit atq; impugnauerit: rece
piſſe ſe patrati ſceleris penam re
gia curia deiectū. ⁊ in alienis ho-
ſpitijs auxilia mēdicare coactū.
Penitere q̃uis ſero prioris vite
dignus tamē cuius ceſar miſere
atur. qui non tam nocuiſſe q̃ p
deſſe poſſit. Reſtiturū auſtriam
ſi ſuo conſilio fides ſit: nam ſecū
primores puincie ſentirent. Pe
tit errati veniam. ⁊ in poſterum
magna pollicetur: ſi priſtinaʒ in
gratiam recipiatur. Ceſar cui v̄-
ba dare difficilimum eſſet: mul-
ta ſe comitis defectōe paſſim dā-
na tuliſſe commemorat. eaq; re-
ſartiri expoſtulat. Neq; auſtriaʒ
ſibi pmitti ſufficere. que non eēt
in comitis poteſtate. ſi ſua q̄ poſ
ſideret comes traderet: poſſe re
conciliatōem ſequi. Sin minus
non placere penitētiam: que nō
